Arzneibüchlein. — Ita titulus a recentiore manu scriptus.

Incip. *Essentia carminativa. nim 1 Handvoll Wermuth* etc. Explic. *Gelindert im Leib und ergibt sich.*

DCXV.

B. G. (3) 120 a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., pag. num. 581. Inscriptio haec est:

Receptir-buch.

Incip. *Cephalalgia. Hauptschmerzen. Rec. Mil* etc. Explic. *Cinam 3j. pro potu.* Tum sequitur index illorum, quae hoc codice continentnr.

DCXVI.

B. G. (3) 119 a. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 212., quorum plura scriptura vacant. Insunt:

a. fol. 4—153. *Collegium formulare.*

Incip. *De formulis praescribendis in genere. Die praesc. form. ist ein pars medicinae* etc. Explic. *Zuweilen frisch aufzulegen.*

b. fol. 154—209. *Definitiones omnium praeparatorum in regno minerali contin. 1773.* Ita inscriptio. Incip. *De olibus in genere* etc. Explic. *Bis alles kalt ist.*

XVI.
CODICES PHILOSOPHICI.

DCXVII.

B. G. XVI. 66. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 83., quorum 31—35. 72 b et 83 b. vacua sunt. Continetur:

Parvulus Philosophiae.

Ita titulus. Incip. *Anotandum ex quo primus liber* etc. Explic. *In secula seculorum.* Foll. 79—83 a. aliena habent. — Praecedunt illis haec typis descripta: 1. Commentum Johannis Versoris super Donatum. Col. 1490. 4. — 2. Regule grammaticales antiquorum... Col. p. Henr. Quentell. s. a. 4. — 3. Grammatica nova. S. l. et a. 4. — Fuit hic liber quondam in bibl. Eccl. S. Marci Butisb.

DCXVIII.

B. G. XV. 29. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. 246., quorum 1. 2. 225 et 244—246 vacua sunt. Continentur:

Quaestiones metaphysicae.

Incip. (post tab. materiar.) fol. 3: *Questiones metaphysicae. Queritur circa principium librorum metaphysicae aristotelis* etc. Explic. *Benedictus in secula seculorum Amen. Subsc. Est finis duodecimi libri metaph. Amen.* — In priori libri operculo haec leguntur: *G. Byel. — Eccl. Butisb.*

DCXIX.

B. G. (3) 29 a. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 209., quorum 167 et 202b—209 vacua sunt. Continentur:

Institutiones metaphysicae.

Ita inscriptio. Incip. *Eorum qui primam philosophiam* etc. Explic. *Possunt esse absque lati forma.*

DCXX.

B. G. (3) 24 a. 4.

Codex chartaceus a. 1600. scriptus, foll. 199., quorum 1. 2b. 106b et 199b scriptura vacant. Titulus:

Commentariorum in Aristotelem Pars prima quae universam logicam complectitur.

Incip. *Disputationis prolegomenae de natura logicae Questio 1. De nominibus logicae* etc. Explic. *Nos ex integro committimus. Subsc. Anno s. n. 1600. 12 die Aug. Finis.* — Fuit hic liber olim in bibliotheca Lucae Matthiae Wetzflariensis, cujus emblema in anteriore libri operculo conspicitur, ubi haec leguntur: Lucas Matthiae Wetzflariensis, scripsit has quaestiones logicas ex ore et professione Domini Patris Joannis Breneysen in Collegio vel Scholis Jesuitarum Moguntinis circa annum 1600.

DCXXI.

B. G. (3) 23 a. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 404., quorum multa vacua sunt scriptura. Insunt:

Joannis Sturmii Partitionum Dialecticarum Libri IV.

Ita inscriptio. Incip. *Inscribuntur hi libri partitiones dialecticae* etc. Explic. *Quae certis et definitis philosophiae partibus explicantur.* — Prodiit typis descriptum hoc opus Argent. 1571. 8.

DCXXII.

B. G. (3) 51. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 456., quorum 1—7. 37. 80b—85. 262—265. 399a—406 et 430—456 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 8—80a. *Leonardi Bagnes Prima Dialecticae Rudimenta. Libri II.*

Incip. *Placuit hunc librum solidioribus institutionibus* etc. Explic. *Voti ei deponimus. A. M. D. G.*

b. fol. 86—429. *Ejusd. Disputationes logicae et physicae.*

Incip. *Cum logicae munus sit* etc. Explic. *Sect. 4. Quomodo distinguantur potentiae vitales inter se.* Fol. 1 possessor nomen suum adscripsit: *Henr. Steitz Stockstadto-Rhenanus.*

DCXXIII et DCXXIV.

B. G. XV. 65. 66. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et lit. initial. rubris, duobus constans voluminibus, quorum prius foll. habet 312., posterius foll. 748.; in hoc foll. 1b. 2. 66—210b. 247b et 248 vacua sunt; in illo plura folia in fine desunt. Continentur:

Quaestiones ethicae.

Titulus non apparet. Incip. post tab. fol. 2: *Circa primum ethicorum queritur utrum* etc. Explic. *In secula seculorum Amen.* — Ex bibl. eccl. S. Marci Butisb.

DCXXV.

B. S. Ms. 528. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. luculenter scriptus, notis inter lineas et in margine adscriptis, pagin. numerat. 753., quarum 727—732 aliena habent. Continetur:

Johannis Bodini Colloquium heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis.

Incip. *Quod per literas a me petis, ut de mea peregrinatione* etc. Explic. pag. 726: *Summa vitae sanctitate tueretur.* — Tum sequuntur pag. 733—753 collectanea varia de vita, scriptis etc. Joan. Bodini. — V. Brucker, Hist. crit. Philos. IV. 2. pag. 779 sqq. Bayle, Dict. hist. et Allg. Encyclop. ed. Ersch et Gruber v. Jean Bodin.

DCXXVI.

B. G. (3) 48. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. exeuntis, pagin. numerat. 888. Continetur:

Johannis Bodini Colloquium Heptaplomeres De Abditis Rerum Sublimium Arcanis.

Ita titulus. Incip. *Liber 1 ad N. T. Quod per literas a me petis* etc. Explic. *Summa vitae sanctitate tueretur* (in marg.: *coleret.*) *Finis.* — Fol. 2 a. haec leguntur: Descriptum ex Codice Imman. Weberi, ICti et Procanc. Acad. Giss., ad oras vero collatum cum alio codice illustris viri Z. C. ab Uffenbach.

DCXXVII.

B. S. Ms. 129 4.

Codex chartaceus a. 1725. scriptus, collationibus ad marginem notatis, pagin. num. 523., praeter quatuor ab initio. Continetur:

Johannis Bodini JC. Colloquium Heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis descriptum anno 1725 manu H. C. S.

Incip. *Liber I. ad N. T. Quod per literas a me petis, ut de mea peregrinatione ad te scribam* etc. Explic. *(Lib. VII.) Summa vitae sanctitate tueretur. Finis.* — Fol. 1 a. R. C. de Senkenberg haec adnotavit: Colloquium hoc a B. Parente quantum conjectura assequi possum *) ex J. H. Maji, jun., codice, etiamnum Gissae in bibliotheca academica existente, descriptum est. Majus vero a Weberi, tum temporis Gissae Professoris munus obeuntis, codice sibi describi curaverat et cum Z. C. ab Uffenbach codice conferri, quae collationes et hic ad marginem notatae. Graeca in Majano exemplari omnia sat male habita, a B. Parente, graecae linguae, si rudimenta excipias, non gnaro, pejus adhuc descripta sunt. Cur vero Majus ipse jun., utpote graecae omniumque antiquarum linguarum professor, exemplar suum non ex Weberiano Uffenbachianove codice melius emendari curaverit, mihi fingere nequeo. Imo forsan ambo hi codices ipsi in graecis mendosi fuere, inprimis Weberianus ut qui in latinis mendosissimus appareat, quum Maio in suo exemplari a Weberiano descripto turpissima sphalmata ex Uffenbachiano

*) Falsam hanc conjecturam fuisse collatio docuit.

corrigenda fuerint, quae is ipse ad marginem copiae ab amanuensi ex parte factae, summa cum diligentia notavit. — Fol. 1 b. codices Colloquii Bodiniani citantur 1: Gissens. 2. Helmstad. 3. Gotting. 3. Bini ap. Wienerum, olim eccles. Geraviensi praefectum Darmstadii. Addita sunt haec: a. „Carmen graecum p. 603 (p. 428 cod. nostri) Ms. Bodini occurrens ex versione adscript. correcturis Heynianis, Mitscherlichianis, codicibusque praeter Gottingensem Gissensi Helmstadiensibus atque meo quantum mihi pote restitutum. Acc. versio latina v. 11—17.“ Haec manu R. C. de Senkenberg scripta sunt. b. Epistolae duae celeberr. Heyne continentes correcturas suas et alia ad hoc carmen spectantia. c. Idem Carmen ex Cod. Helmstad., ut videtur, descriptum. Cf. Naumaan, Cat. p. 127.

XVII.
HISTORIA ECCLESIASTICA.

DCXXVIII.

B. S. Ms. 6. 12.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 100., quorum 1—8 et 66—100 vacua sunt. Insunt:

a. fol. 9—35. *Κανονες των ἱερῶν καὶ πανσέπτων ἀποστολῶν.*

Incip. *Κανων πρωτος Ἐπισκοπος χειροπνείσθω ὑπό ἐπισκόπων δύο η τριῶν* etc. Explic. *Καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν των ἀποστόλων.* — Typis descr. in Mansii S. Concil. Collect. I. p. 29—48.

b. fol. 36—53 a. *Κανονες τῶν τριακοσιων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων των εν Νικαίᾳ συνελθόντων* etc.

Incip. *Ἔι τις ἐν νοσῳ ὑπό ἰατρῶν* etc. Explic. *Αποδιδόναι τῳ Θεῷ.* — Ibid. II. p. 668—677.

c. fol. 53—65. *Κανονες των εκατον πεντεντα ἁγίων πατέρων εν Κωνσταντινουπόλει συνελθοντων* etc.

Incip. (*Ταδε*) *Ὥρισαν οἱ εν κωνσταντινουπολει χαριτι Θεου συνελθόντες* etc. Explic. *Καὶ τότε αὐτοὺς βαπτιζομεν.* — Ibid. III. p. 558—564. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Camerariorum et Chr. Arnoldi, ut Senkenbergius fol. 1 a. adnotavit.

DCXXIX.

B. G. (3) 80. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 113., quorum 1. 21—25. 44. 45. 74. 75. 113 et plures paginae aversae vacuae sunt. Continentur:

Zera-Jacobi, sive Constantini Epistolae ad Congregationem Aethiopum, quae est Hierosolymae. Aeth. et lat. manu J. H. Maii sen. exaratae. Adjunctae sunt Schedae variae Aethiopicae, Hebraeae, Arabicae etc.

Incip. *Epistola Zera-Jacobi R. Aeth.* etc. Explic. *Mortuos. Mecet ihn.* In calce octo foll. min. formae varia arabica contin. — Cf. Jobi Ludolfi Historia Aethiopica. Lib. III. cap. IV. pag. 31. et addit. p. 301. sqq.

DCXXX.

B. S. Ms. 607. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., mutilus, foll. 39., quorum 1. 26 b. 38 b et 39 scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 2—29 a. *Acta Concilii ann. 1215 habiti.*

Incip. . . *quibuscunque nominibus censeantur* etc. Explic. *Ipsos subjacere decrevimus.* — Notat Senkenbergius fol. 2: Ex cod. Gissensi qui Decretalium Collectionem Bernardi Papiensis in fronte gerit; quam haec acta sequuntur. Desunt autem his actis quaedam usque ad vocem quibuscunque. Nec accurate satis omnia scripta, uti videre est lin. sexta, ubi vox deest. Itidem linea quinta dampnator loco dampnatorum in codice scriptum est.

b. fol. 30—38 a. *Öttinger Freiheiten und Statuta betr. de a. 1301. „NB. Aus dem Öttingen Wallersteinischen."* Haec a H. C. de Senkenberg adscripta sunt.

Ita inscriptio. Incip. *Otting. Merz bevehl. Soll ess verkunden* etc. Explic. *Als will ich anstatt und von wegen . .*

DCXXXI.

B. S. Ms. 494. fol.

Codex membranaceus saec. XV. scriptus, vocum compendiis pluribus, litteris initialibus modo rubris modo atris rubro adpictis, inscriptionibus iis litteris, quas Fractur appellamus, exaratis, notis et emendationibus ad marginem adscriptis, corio rubro coopertus, foll. numerat. XI et 140. Fol. 1—127. priscis numeris notata sunt. Fol. I. II. III b. IV. V a. IX. X. XI et 135—140 scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—127. *Romanorum Gesta Pontificum, Indulgentiae, Bullae variae, Constitutiones Benedicti XI. Johannis XXII. Clementis VI. Innocentii VI. aliorumque summorum Pontificum.*

Incip. post indicem contentorum (fol. V b—VIII) fol. 1.: *De Privilegiis Domini Nostri pape scribendis. Norma scribendi* (haec litteris majusculis exarata sunt) *privilegium commune talis est. Nomen pape debet esse de grossis litteris* etc. Explic. *(De Pensionibus. Nicolaus etc. Ad fut. rei mem. Detestabiles aliquorum etc.) Dat. Rome apud S. petrum a. incarnationis dm. MCCCCXLVIII nono kl. Augusti Pontif. nostri anno secundo.*

b. fol. 128—134. *Provinciale omnium ecclesiarum catholicarum universi orbis.*

Incip. *In civitate Romana sunt quinque ecclesiae patriarchales et sunt hee* etc. Explic. *In provincia durachiensi. B. Gradenus manu propria. Explicit provinciale.* Fuit hic liber olim in bibliotheca Guilielmi B. de Crassier Leodii, cujus nomen (G. B. de Crassier emit 1715) in priori libri operculo legitur. Long. 11'' 1'''. Lat. 8'' 3'''.

DCXXXII.

B. S. Ms. 601. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XIV., XV et XVIII exaratus, foll. 59., quorum 45 b et 59 b scriptura vacant. Continentur:

a. fol. 1—24. *Eugenii Papae Bullae XVII. ab ann. 1431 ad ann. 1437.*

Incip. *Eugenius etc. Ad perpetuam Rei memoriam. In qualibet monarchia tam ecclesiastica quam mundana ad honorem dei* etc. Explic. *(Bulla XVII. Inter curas multiplices etc. 1437.) D. Cardinalis Aprutm̄.* — Fol. 24 b. habet initium Bullae Papae Pii. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Guil. B. de Crassier Leodii, ut ex schedula inserta et manu sua scripta conspicitur.

b. fol. 25—45 a. *Formularia.* Germanice. Prima folia desunt.

Incip. . . . *Ain Freybrief über alle guter. Wir Albert etc. bechennen und tun chund offenlich* etc. Explic. *(Als der herzog sein leuten und purgern ire Recht und*

gut gewonhait bestet und vernewt mit seinem brief.) Wier an samtztag nach Johannis CXXX. Deo gratias Laus. Fol. 25a. haec adscripta sunt: *Diss buch ist geschriben ao. 1300 alss Albertus I Keisser war.*

c. fol. 46—59 a. *Index Librorum (seu Partium) Candelae Jarlandi Crisopolitani Sancti Pauli Scolarum Praeceptoris.*

Incip. *Prima pars continet de Deo* etc. Explic. *Diu conservare dignetur incolumem.* — Haec recentiore manu scripta sunt.

DCXXXIII.

B. S. Ms. 64. 4.

Codex chartaceus saec. XV., literis initialibus modo rubro modo atro distinctis, foll. 73., quorum 1. 2a. 3. 11. 20b. 24b. 58b. 60b. 66b. 73 vacua sunt. Continentur:

Scripta ad historiam ecclesiasticam spectantia.

1. fol. 3—10. Bulla Papae Pauli instituens diversos conventus in Diocesi Monasteriensi sub regula s. Augustini, praesertim illum prope Northorn. 1467. 10 Kal. Decemb. Apogr. — 2. fol. 12—15. Bulla Papae Pii ejusd. tenoris (1462.). Acc. Regulae quaedam ad hunc ordinem spectantia. — 3. fol. 16—17. Literae duae concernentes congregationem clericorum in platea dicta de Grinstrate Lovanii. 1435. — 4. fol. 18—24. De potestate papali ex decret. — 5. fol. 19—20. De vita communi congreg. clericorum Daventriens. et Twoll. 1416. — 6. fol. 21—23. Processus judicialis contra Matthaeum Grabau Ord. predicat. — 7. fol. 25—28. Scripta pro Swedero de Culenborch et contra Redulphum diepholt et Transysselanos. — 8. fol. 29. De interdicto. — 9. fol. 30—32. Exhortatio S. Theol. facultatis studii Colon. ad Coenob. — 10. fol. 33—35. Statuta synodalia vetera. — 11. fol. 36—58a. Bulla et Epist. conventum reg. Windsheim concernentes. — 12. fol. 59—60. Pro causa Sancti Augustini doctoris ecclesie sancte. — 13. fol. 61—66a. Eusebii Conradi Mediolanensis Canonici regularis congreg. lateran. Brevis annotatio in errores scribentium S. Augustinum fuisse heremitam.

DCXXXIV.

B. S. Ms. 495. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. in Italia elegantissime scriptus, argumentis in margine notatis, foll. 109., quorum 1a. 3—6 et 106b—109 scriptura vacant. Continentur:

Collegii Secretariorum Apostolicorum Erectio, Privilegia et Statuta; descripta per Bened. Lomellinum.

Incip. fol. 7: *Innocentius Episc. servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum* etc. (Pertinet ad ann. 1487). Explic. (Forma juramenti praestandi p. officiales in man. defens.): *Sancta Dei evangelia.* In priori libri operculo haec scripta sunt: *Privilegia Collegii Secretariorum Pontificum Romae.* Fol. 2. habet haec: „Nomina, cognomina et patria R. P. D. Almi Collegii Secret. Apostol. in dicto Collegio existentium I. Decembr. MDLI. qua die ego B. Lom^s (nempe Benedictus Lomellinus) admissus fui inter illos.“ (Incip. ab ann. 1530 et desinit a. 1555.).

DCXXXV.

B. S. Ms. 94. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. eleganter in Italia, ut videtur, exaratus, foll. 299., quorum 1 et 291—299 scriptura vacant. Continetur:

Praxis Romanae Curiae diplomatum omnium solutiones explicans ac diuturna observatione peritorumque traditionibus, summo studio ac integra fide ad communem utilitatem collectae per dissertissimum et nunquam satis laudatum Gregorium Epiphanium Florentinum. Hieronimus Tirannus Gallus Ill<u>mi</u> Ducis Urbini apud S. B. H. Orator Augustinum somnium evitare cupiens supra jocose scripsit.

Ita titulus. Incip. *Officii della Corte di Roma et Monti. Settembre 1561.* etc. Explic. *Nec in formis quia non leguntur in suo banco.*

DCXXXVI.

B. S. Ms. 93. fol. maj.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineunte exaratus, foll 138., quorum l. 137 et 138 vacua sunt. Titulus:

Taxa omnium metropolitanarum et cathedralium Ecclesiarum nec non Monasteriorum omnium consistorialium in libris Camerae et Cancellariae Apostolicae taxatorum totius superioris et inferioris Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Istriae, Albaniae, ac Mantuae et Montisferrati, nec non aliorum omnium Dominiorum, in quibus sacra caesarea majestas potest habere jus nominandi ad metropolitanas et cathedrales Ecclesias, nec non Monasteria praefata consistorialia cum suis expensis distinctis unicuique ex Metropolitanis, Cathedralibus ac Monasteriis praedictis regulatis fideliter ab eorum taxa, in quibus etiam est computatum honorarium seu munus debitum pro expeditione juxta stylum Romanae Curiae, quae expensae sunt expressae in Ducatis auri de Camera, postea in Scutis monetae romanae, demum in florenis monetae superioris Germaniae, ordine alphabetico descriptae..

Fuit hic codex quondam in bibliotheca Archiepiscopi Comitis de Trautson. Notat Senckenbergius: Auctorem non novi; fuit tamen haud dubie Romanorum aliquis hic (Viennae) commorans. Solvi autem eum meo aere 10 florenis Rhen. 1758. Inservit notitiae Curiae Romanae hodiernae et ab auctore harum rerum perito conscriptus. — Acced. Ms. foll. 4, cui titulus est: Dichiaratione sopra il libro Manuscritto fatto per sua Altezza reverentissima Monsignore Vescovo di Vienna, Prencipe del S. R. I. e Consigliero di Camera di sua Maestà Cesarea.

DCXXXVII.

B. S. Ms. 1. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. eleganter exaratus, foll. 169. Continentur:

Conclavi de' sommi Pontefici Innocentio X et Alessandro VII.
Inscriptiones singulorum contentorum hae sunt

a. fol. 1—89. *Conclave nel quale fu creato Pontefice Innocentio X., che dicono sia del Card. Spada.*

b. fol. 91—118. *Dell' istesso che si crede composto del Card. E. Alberoni.*

c. fol. 120—153. *D'Alessandro VII parimente supposto del Card. Spada.*

d. fol. 154—161. *Del medesimo d'incerto.*

e. fol. 162—168. *Dell' istesso d'incerto.*

Incip. fol. 1. *Ho dubitato un pezzo* etc. Explic. fol. 168: *Alderano Cibo da Massa.* Fol. 169: *Indice.*

DCXXXVIII.

B. S. Ms. 6a. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. ineunte satis eleganter exaratus, foll. 145, quorum 1 et 145b scriptura vacant. Continetur:

Conclave fatto per la morte di Innocenzo XII., in cui fu eletto Pontefice il S. Card. Giov. Fran. Albani, che prese il nome di Clemente XI.

Incip. *Appena giunto l'avviso in Frascati ed in Albano* etc. Explic. *Ogni sua compita felicità.*

DCXXXIX.

B. S. Ms. 15. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 94., quorum 1a. 53. 69b. 70b et 94 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—42. *Relatione della Corte e Governo di Roma e de Riti Ordini e Precedenze che in essa si osservano.*

Incip. *Il sommo Pontefice ha* etc. Explic. *S. Laurentii extra muros.*

b. fol. 43—52. *Entrate della Chiesa con le Provisioni che paga N. Sig. a Cardinali, a Nuntii, alli Suizzari etc.*

Incip. *Le Doghane di Roma* etc. Explic. *A nominazione della Comunità.*

c. fol. 54—69. *Conclave di Papa Urbano VIII.*

Incip. *L'Imperio che da infiniti secoli* etc. Explic. *In ottima salute.*

d. fol. 70—93. *Axiomi o Ammaestramenti politici così per parole universali della dottrina politica come fondamentali alla Monarchia di Spagna del Campanella.*

Incip. *Nissuno domina a se solo* etc. Explic. *I Grisoni e li Suisseri.* — Fol. 2b. possessor nomen suum adscripsit: *Giov. Federigo Vischer di Rampolsdorff. 1662.*

DCXL.

B. G. (3) 117a. 8.

Codex membranaceus saec. XIII., litteris initialibus rubris et caeruleis, scriptura eleganti in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, foll. 220., quorum 5a. et 212 scriptura vacant. In fine mutilus. Continetur:

Legenda aurea Sanctorum per Jacobum de Voragine sive historia longobardica.

Incip. fol. 5b: *Incipit prologus Universum tempus pereuntis vite in quatuor distinguitur partes* etc. Explic. *Egregius plane titulus dignitatis et cōmentatio honoris immensi.* Foll. 1—4 manu recentiori scriptis continentur: *a. De Sancto Sigismundo. b. De Sancto Erasmo.* Long. 6'' 1'''. Lat. 4'' 2'''.

DCXLI.

B. G. XV. 89. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. numerat. 288., quorum 1. 2 et 288 vacua sunt. Titulus:

Petri Lombardi Vitae Sanctorum.

Incip. *Universum tempus huius vite* etc. Explic. *(D. S. Wigberto) Auribus ejus consonavit.* — Fuit hic codex olim in bibl. Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.

DCXLII.

B. S. Ms. 220. fol.

Codex chartaceus saec. XV. scriptus, in duas columnas divisus, rubris inscript. et

initialibus, foll. 110., quae priscis numeris notata sunt, praeter calendarium, novem foll. continens. Titulus:

Der heiligen leben lumbartica historia zu dutschen das Ist von den heiligen die do fallent von sancte Andres tage vntz an sant Johans tage des löffers und zu dem ersten von dem Advent. Itzt geschriben eine vor Rede hie noch.

Incip. prol.: *Die ganze zyt zergenglichen lebens wirrt in fierteil mit underscheit geteilet* etc. Explic. prol.: *Nach dem lauffe des Jores CCCC.* Incip. textus: *Von dem Advent. Es sint vier wochen des advents* etc. Fol. 3b. *Von Ste Andres leben. Andres ist als viel gesprochen* etc. Explic. *(Die Kirchen Wihunge) Und der heilige Geist. Amen.* — Fuit hic liber quondam in bibliotheca Jo. Schilteri, cujus nomen fol. 2a. legitur.

DCXLIII.

B. S. Ms. 18. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. (1616)., paginar. numerat. 106. Continetur:

Vita Beati Liudgeri Monasteriensis Ecclesiae Protoepiscopo per Alfridum Tertium ibidem Episcopum conscripta.

Ita titulus. Incip. *Genealogia S. Liudgeri Frisii Wrsingus Ado* etc. Explic. *Et pascua propriis colit sumptibus. Finis.* Subscripta haec sunt: *Tadonis Layci opera usus fideli.* Tum sequitur index rerum memorabilium, in cujus fine haec leguntur: *A. 1616. Pietas tutissima virtus. P. V. Albada.*

DCXLIV.

B. G. XV. 42. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. numerat. 320. Continentur:

Tractatus varii de Religiosis et Monialibus.

Incip. *In nomine domini nostri* etc. Explic. *Fueris observatrix. Deo gracias.* — Singula quae hoc codice continentur, haec sunt: 1. Oculus religiosorum. — 2. Dialogus de temptationibus et consolationibus claustralium. — 3. De perfectione Religiosorum. — 4. De vita spirituali. — 5. De receptione monialium. — 6. De modo reformandi religiones. — 7. De causis deviationum religiosorum. — 8. Quaestiones morales pro religiosis et saecularibus. — 9. De excellentia ordinis Carthusiensis. — 10. De auctoritate ligandi et solvendi Carthusiensium. — 11. De approbatione Ordinis Carthus. — Ex bibl. Cap. eccl. S. Marci Butisb.

DCXLV.

B. S. Ms. 219. fol.

Codex chartaceus a. 1676., foll. 58., praeter duo vacua in fine. Continetur:

Regula Sancti Benedicti Latino-Germanica, diligentissime descripta ex Manuscripto Bibliothecae Sancti Galli in Helvetia Anno 1676. — Ita inscriptio.

Incip. *Cap. 1. §. 1. Ausculta fili precepta Magistri et inclina aurem cordis tui* etc. *O Sun lass uns hör die gebot dinss Maisters und naig das or dinss hertzen* etc. Explic. *(Cap. LXXIII) culmina deo protegente pervenies. Amen. Der wir davor millere gedacht haben. Amen. Explic. Reg. Sti. Benedicti.*

DCXLVI.

B. G. XVI. 44. 4.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter scriptus, inscript. et litt. init. rubris, foll. 141., quorum 1—3. 18. 19. 140b et 141 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 4—17. *Fratris David Speculum monachorum.*

Incip. post tab. et prol. fol. 4: *Primo considerare debes* etc. Explic. *Vivit in eo. Amen.*

b. fol. 20—140a. *Ejusdem Praefectus Religiosorum in libros II distinctus.*

Incip. *Collationes meas quas pro exhortatione ad novicios* etc. Explic. *Dominus concedat. Amen.* Tum sequitur tabula. — Ex bibl. Cap. Eccl. S. Marci Butisb.

DCXLVII.

B. S. Ms. 7. 12.

Codex chartaceus saec. XVII. ineunte scriptus, foll. 337., quorum 1—4. 5b. 9b et 334—337 vacua sunt. Titulus:

Ordinarium Cartusiense continens novae collectionis Statutorum ejusdem ordinis partem primam. 1617.

Incip. post indicem fol. 10: *Cap. 1. De divisione et multiplicitate divini officii deque festo solemni. Officium canonicum* etc. Explic. *Ad sedem suam revertitur. Subsc. Explic. Ordinar. Cartusiense.*

DCXLVIII.

B. S. Ms. 461. fol.

Codex chartaceus saec. XVII., pag. numerat. 127, praeter foll. tria ab initio et duo in fine quae vacua sunt. Continentur:

Statuta vetera et nova tum Canoniae ad Sanctam Dorotheam Viennae tum et Canoniae ad B. Mariam Virginem in Tyrnstein juxta regulam S. Patris Augustini instructa atque a praefatis duabus canoniis pro conservatione disciplinae relig. ac observantiae regularis olim recepta et acceptata.

Ita titulus. Incip. *De statutis veteribus. Cap. 1. de Novitiorum inductione. Quando inducendus est novitius* etc. Explic. *Et misericors dominus. Resp. Amen.* Tum sequitur index contentorum.

DCXLIX.

B. S. Ms. 27. 8.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 69., quorum 1—3. 68 et 69 vacua sunt. Inest:

Instruzione a i Principi della maniera con la quale si governano li Padri Gesuiti, fatta da persona religiosa e totalmente spassionata.

Incip. *Che la religione de' Padri Gesuiti* etc. Explic. *Sia discacciato della società. Il fine.* Tum sequitur „Sonetto di G. Lubrani contro i Padri Gesuiti".

DCL.

B. S. Ms. 34. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. exaratus, foll. 404., quorum plura vacua. Continentur:

Scripta maximam partem historico-ecclesiastica.

1. fol. 3—60. De translatione concilii Basiliens. — 2. fol. 61—71. Concordantiae Germ. Nation. in Concil. Constantiensi. — 3. fol. 72—73. Articuli propos. in concilio

Gallicano in civitate Turonensi die 26 Octob. anni 1511. — 4. fol. 75—77. de Hutten, Exhortatio ad Principes. 1518. — 5. fol. 79—81 a. Gregor. Heymburg contra papam Innocentium. — 6. fol. 81 b—83. Oratio hab. in concil. Norimberg. contra Thurcos (!). — 7. fol. 84—87. Copia summae declarationis contra Sigismundum, Archiducem Austriae. — 8. fol. 88—97. Historia Caroli M. compendiosa. — 9. fol. 98—100. Bulla contra Notarios. — 10. fol. 102—104. Regula Sororum de penitentia Magdal. — 11. fol. 106 —115. Testamentum Archidiaconi Leodicens. — 12. fol. 116—119. Privilegium Fratr. et Soror. Ord. Sti Francisci de tertia regula. — 13. fol. 123—126. Pro fratribus de cellis seu voluntar. pauperibus. — 14. fol. 129—134. Erectio Clausae apud St. Martinum Spirae. — 15. fol. 135—136. Erectio predicaturae in Novacivitate. — 16. fol. 140—152. De telonio in civ. Spirensi, latine et germanice. — 17. fol. 152—404. Varia documenta etc. ad historiam Spirens. Wormat. Coloniens. etc. spectantia, quorum index fol. 1 et 2 a. — Fuit hic codex olim in bibliotheca Uffenbachii, cujus emblema in operculo anteriori conspicitur; in Catalogo Mscpt. Uffenbach. hic liber non designatus est.

DCLI.

B. S. Ms. 493. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. ab ipso librario numeris consignatorum 64., quorum 3b. 16. 19. 50—52. 54b et 64b. vacua sunt. Continentur:

Acta Conventus Schmalcaldensis. A. 1540. Ita titulus. Singula autem, quae hoc volumine continentur, haec sunt:

1. fol. 1—3. Der Theologen zu Wittembergk Antwort, von wegen Berathschlagung der Religion Sachen. 7 Jan. 1540. — 2. fol. 4—5 a. Des Churf. zu Sachsen Herzog Johann Friedrich Schrift an D. Martin Luther. Weimar. Freitags nach Fabian u. Seb. 1540. — 3. fol. 5 b—13. Epistola Theol. Wittemb. ad Theol. Norimb. c. responsione. — 4. fol. 14—15. Martini Lutheri Epistola ad Ph. Melanchthon et ejus responsio e conventu Schmalkaldensi. — 5. fol. 17—49. Bedenken von der Lahr, von eusserlichen nötigen Ceremonien und von eusserlichen mitteldinger, die man nennet Adiaphora. Incip. *Gottes gnad durch unsern Herrn Jhesum Christum.. Nachdem uns bevohlen zu erwegen so eine Vergleichung fürgenom̄en würde, welche Artikel zu streiten* etc. Explic. *In der Fehrlichkeit und Leiden stecken. Martinus Luther. Justus Jonas. Johannes Buchenhagen. Caspar Creutziger. Philippus Melanchton. Friderichus Miconius. Niclas Armsdorf. Erasmus Sarretius. Joannes Amsterdamus. Nicolaus Scheibel. Balthasar Rhoidus. Martinus Butzerus. Antonius Corvinus. Johannes Kymeus.* — Autographa. — 6. fol. 54—60 a. Der gelerten bedenken der kirchengueter halben 1540. Eadem subscriptio, sed apogr. — 7. fol. 60 b—62. Decretum Synodi Schmalkald. contra Schwenkfridium. 1540. — 8. fol. 63—64. Epistolae duae D. Caspari Crucigeri ad Frid. Myconium. D. Schmalkaldiae. 1540. Apogr.

XVIII.

CODICES SCRIPTURAE SACRAE.

DCLII.

B. S. Ms. 216. fol.

Codex membranaceus saec. XIII. in membrana tenuissima exaratus, scriptura in duas columnas divisa, lineis stilo ductis, rubris caeruleisque inscriptionibus, litteris initialibus

modo rubris modo caeruleis, illis singulorum librorum artificiose auratis et vario colore distinctis. Continet foll. 404., quorum 313b. scriptura vacat. Ligatura est antiqua et ex utroque latere quatuor aurichalceis laminis munita. Titulus hic est:

Biblia latina vulgatae versionis.

1. fol. 4a—270a. Testamentum vetus: Gen. Exod. Lev. Num. Deut. Jos. Jud. Ruth. Reg. Paralip. Parabolae. Eccles. Cant. Lib. eccles. Job. Tobia. Judith. Esther. Esra. Maccab. Ezech. Daniel etc. Isaias. Jeremias; 2. fol. 270—355. Testamentum novum hoc quidem ordine: Pauli Epist. ad Rom.; ad Cor.; ad Gal.; ad Ephes.; ad Philip.; ad Colos.; ad Thessal.; ad Timoth.; ad Tit.; ad Philom.; ad Hebr.; Act. apost.; Epist. Jacobi; Ep. Petri; Ep. Joann.; Apocal.; IV. Evangelia (fol. 314—355); 3. fol. 355a—358a. Liber Baruch.; 4. fol. 358—404. Index alphabeticus et explicatio vocum Hebraic. in bibliis usitatarum. Praemittuntur versioni (fol. 1—3) Epistola Sancti Hieronimi ad Paulinum de omnibus sacrae scripturae libris et ejusdem prologus in Pentateuchum. Incip. *In principio creavit Deus celum* etc. Explic. *Consiliatores eorum.* Addita sunt verba: *Dominus dedit dominus abstulit sicut domino..* — Pars ultima codicis (fol. 314—404.) manu diversa scripta esse videtur ab illa quae cetera hujus codicis pinxit. Fol. 1. in marg. legitur: *Monasterii sancti Joannis in Seytz. Ordinis Cartusiensis.* — Cf. Hirsching, Vers. etc. IV. 248. Long. 12' 3'''. Lat. 8'' 1'''.

DCLIII.

B. G. XV. 2. fol. max.

Codex chartaceus saec. XV., scriptura in duas columnas scissa, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, singulorum librorum etiam vario colore distinctis et auro argentoque ornatis, quarum multae tamen manu proterva exsecatae sunt: ligatura antiqua, insignis ornamentis ex aurichalco factis. Folia habet 476., quorum 1—3a. 360 et 471b—476 scriptura vacant. Foll. 71. 72. 84 et 93 lacera sunt. Inest:

Biblia latina cum prologis Hieronymi et interpretatione nominum proprium.

Incip. *Expositio super vetus et novum testamentum. Desiderii mei etc.* Fol. 18. incip. *In principio creavit* etc. Explic. *Cum omnibus nobis Amen. Subsc. Explic. liber apocalipsis.* Fol. 438b. sqq. habent interpret. nom. propr. Foll. 468—471. aliena continent. — Fuit hic codex quondam in bibliotheca Cap. Eccles. S. Marci in Butzbach.

DCLIV.

B. G. (8) 94. 4.

Codex membranaceus saec. XV vel XVI., ab utraque extremitate duobus baculis circumvolutus, charactere quadrato scriptus et vocalibus destitutus. Continetur:

Integer Veteris Testamenti Liber, qui inscribitur Esther. Hebraice. Long. 61'' 6'''. Lat. 7'' 2'''.

DCLV.

B. S. Ms. 8. 12.

Codex membranaceus saec. XIII. elegantur scriptus, litteris initialibus modo caeruleis modo rubris, aliquibus etiam in initio singulorum psalmorum vario colore distinctis et auratis, foll. 242., quorum 240b vacuum est. Fol. 1. 2. 241 et 242 chartacea sunt et scriptura vacant. Manipuli octonorum litteris notati sunt. Titulus:

Psalmi Davidis et Orationes.

Incip. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* etc. Explic. fol. 236: *(Ps. 147 20.) Et judicia sua non manifestavit eis. Subsc.: Gloria patri et filio* etc. Tum sequuntur orationes etc. manu recentiori conscriptae. Long. 3" 2"'. Lat. 2" 5"'.

DCLVI.

B. G. XV. 97. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, notis in margine adscriptis, foll. 299., quorum 299b vacuum est. Continetur:

Psalterium latinum cum Commentariis.

Incip. *Beatus vir qui non abiit* etc. Explic. *(Comm. in Ps. CXXXVIII) Benedictus in secula seculorum. Amen.*

DCLVII.

B. G. XV. 51. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et lit. initial. rubris, foll. 299., quorum 91b. 97 et 299b vacua sunt. Continetur:

Psalterium latinum cum expositione Nicolai de Lyra.

Incip. *Beatus vir qui* etc. Explic. *Vivit et regnat. Amen.* Fol. 2—91. Psalt. lat. c. notis interlinearibus. — Fol. 98—299. Glossa Nic. de Lyra. — Fol. 92—97. Anonymi Tr. de vita religiosorum insutus est. Incip. *Ecce quam bonum* etc. Explic. *Alios religiosos . . Finis huius . . .*

DCLVIII.

B. G. (3) 93. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 394., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Varia theologica Jo. H. Maii sen.

Insunt in hac collectione: 1. Praelectiones in Canticum Cantic. et Prophet. minores ex B. G. Zangii Ms. descriptae, fol. 1—109. 2. Paraphras. in Cohelet. fol. 110—122. 3. Paraphrasis in priorem S. Petri Ep. et in secundam fragmenta, fol. 126—192. 4. Quaestiones in varios Psalmos. Germ. fol. 193—296. 5. Theologia mystica, fol. 297—359. 6. Collegium pastorale a. 1718 seq. habitum, fol. 360—371. 7. Das schuldige Dankopfer der evang. Kirche für die durch das Reformat. Werk Luthers erwiesene Wohlthat. 1717. fol. 376—393.

DCLIX.

B. G. (3) 24. fol.

'Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Novum Testamentum, ex Regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressum. Amstel. Elzevir. CIↃ IↃC LXX. 12.

Adjecta est charta in folio cum plurimis annotationibus J. H. Maii sen., quibus usus est Maius jun. in suis Observatt. sacris ad diversa utriusque Testamenti loca. Ed. II. Francof. 1716. 8.

DCLX.

B. G. (3) 31. fol. min.

Codex membranaceus saec. XIII., in membrana subtili elegantissime exaratus, formae fere plane quadratae, et ob nitorem cum scripturae tum picturarum pretiosissimus, litteris initialibus auro, argento et variis coloribus distinctis, illis etiam singulorum versuum aureis, lineis stilo ductis, paucis vocum compendiis et usitatissimis, notis margini latis-

simo a recentiore manu interdum adscriptis; undecim vero paginae pictae sunt et hae quidem: 1b. 2b. 11a. 12a. 78a. 79a. 123a. 124a. 188a. 189a et 190a. Folia sunt 250., quorum 1a. 77a et 250b vacua sunt scriptura. Continentur:

Quatuor Evangelia ex versione latine vulgata.

Titulus haec habet: *Quatuor in Dominum proceres solempmnia laudum pandunt matheus lucas marcusque iohannes: Maximus orator scripti veterisque relator Transtulit in stilum Geronimus omne latinum.* — Praemissi sunt canones Evangel. fol. 3b - 7a. Fol. 7b. incipit argumentum in Evang. sec. Matth. et fol. 8—10a. Breviar. sec. Matth. Fol. 11b. incip.: *Incipit Evangelium secundum Mattheum* (haec argento picta sunt). *Liber generationis Jesu Christi filii Davidis* etc. Explic. *Eos qui scribendi sunt libros.* *Subsc. Finis deo gratias. Amen.* — Tum sequitur (fol. 237—250): *Capitulare Evangeliorum.* — De illo codice scripsit J. E. C. Schmidt, olim hujus Academiae clarissimum decus, cujus ipsa verba subjeci: *Man findet in manchen Handschriften* (der Evang.) *eine Abtheilung der Breven, die sich der gewöhnlichen Abtheilung der Kapitel sehr nähert u. nicht selten mit derselben coincidirt. So besitzt die Universitæts-Bibliothek zu Giessen eine lateinische Handschrift der vier Evangelien, die aus dem zwölften oder dreyzehnten Jahrh. herrührt, und eine solche Abtheilung der Breven enthält. Im Matthäischen Evangelium z. B. geht die erste Breve bis Kap. II. 18. nach der gewöhnlichen Abtheilung, aber die zweite schliesst mit dem Ende des dritten Kapitels, die dritte ist das vierte Kapitel, die vierte nimmt zu dem fünften Kapitel noch die vier ersten Verse des sechsten, die fünfte schliesst mit dem Ende des sechsten Kapitels wieder; die sechste fällt ganz mit dem siebenten Kapitel zusammen, die siebente und achte machen beyde unser achtes Kapitel aus; die achte beginnt mit Kap. VIII. 23 u. s. f. Noch grösser ist die Uibereinstimmung bei dem Evangelium des Johannes. Der Schluss der ersten Breve ist der Schluss des ersten Kapitels, die zweite läuft bis Kap. III. 21. Die dritte schliesst mit dem dritten Kapitel, die vierte ist das vierte Kapitel nur mit Ausschluss des letzten Verses, der hier schon zur fünften gezogen ist; die fünfte endet mit dem fünften Kapitel, die sechste gleichfalls mit dem sechsten, die siebente erstreckt sich dagegen bis Kap. VIII, 20 u. s. f. Beim Evangelium des Marcus zeigt sich die stärkste Abweichung. Die zweite Breve beginnt hier mit Kap. I, 29; die dritte mit Kap. II, 23; die vierte mit Kap. III, 31; die fünfte mit Kap. V, 21; die sechste mit Kap. VI, 30; die siebente mit Kap. VII, 24 u. s. f. Uiberhaupt hat Matthäus hier 28 — Marcus 13 — Lucas 21 — u. Johannes 14 Breven. V. Krit. Geschichte der neutest. Schriften. Giessen. 1804—1805.* 8. *B. II. p. 231—232.* — Nullum in hoc codice, cujus ligatura recentior est, vestigium invenire potui, unde ad nos pervenerit. Long. 9'' 8'''. Lat. 8'' 1'''.

DCLXI.

B. G. (3) 115. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., in fine mutilus, foll. 65., quorum 1 et 65 vacua sunt. Continentur:

Anonymi Annotationes in Evangelium Sancti Lucae.

Incip. *Evangelium Sancti Lucae. Cap. 1.* [Ἐπειδήπερ] *Rarius additur* etc. Explic. *(Cap. 5. v. 19) Herodian. I. 12. 16 . . .*

DCLXII.

B. G. (3) 23. fol.

Codex membranaceus saec. XIII. nitidissime exaratus, litteris initialibus milto pictis, vocum compendiis usitatis, scholiis inter lineas et in margine adscriptis, ligatura antiqua ex corio albo facta, foll. 159., quorum ultimum aliena continet. Habetur autem in hoc codice:

Versio latina vulgata Epistolarum omnium Pauli et Epistolae ad Hebraeos.

Titulus non apparet. Incip. *Paulus servus iesu christi vocatus apostolus* etc. Explic. *Salutant vos de italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Descriptae sunt epistolae hoc ordine: Fol. 1—30a. Ep. ad Rom. Fol. 30a—77a. ad Cor. I et II. Fol. 78. 96b. ad Galath. Fol. 96b. 103a. ad Philip. Fol. 103b. 110a. ad Coloss. Fol. 110a —118a. ad Thessal. I et II. Fol. 118a—131a. ad Timoth. I et II. Fol. 131a—134a. ad Tit. 134a. 135. ad Philem. Fol. 135b—158. ad Hebr. — In anteriori libri operculo haec adscripta sunt: *Est Academiae Marpurgensis*. Long. 10″ 1‴. Lat. 6″ 3‴.

DCLXIII.

B. G. XV. 77. fol.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litteris initial. rubris, foll. 289., quorum 75b. 265b. 287b et 288 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—265. *Epistolae D. Pauli. Textus latinus cum expositione Nicolai de Lyra.*

Incip. *Epistole pauli ad romanos* etc. Explic. (Ep. ad Hebr.) *In secula seculorum. Amen.* Fol. 68b—75 adscripti sunt versus anemonectici per integrum codicem sacrum.

b. fol. 266—273. *Tractatus de septem vitiis capitalibus.*

Incip. (p. prol.): *Acturi igitur de VII. vitiis* etc. Explic. *Omnibus aliis.*

c. fol. 274—287a. *Epistola S. Hieronymi ad Demetriadem de virginitate.*

Incip. *Si summo ingenio* etc. Explic. *Quo gloria eternitatis acquiritur.* — Fol. 1a. possessor nomen suum adscripsit: *Hic liber est petri heylant de erbach.*

DCLXIV.

B. G. (8) 9a. 4.

Codex chartaceus a. 1688 ab auctore eleganter scriptus, foll. 138., quorum 2 et 3b vacua sunt scriptura. Inscriptio:

Index Biblico-Talmudicus, in quo recensentur omnia loca biblica, quae in Talmude vel exponuntur vel quovis modo allegantur; longe auctior eo, qui Toledoth Aharon appellatur. In usum eorum qui quid Talmudici super quolibet loco sentiant, scire avent. Congestus a Martino Mauritii, Wolbaco Marchico. Anno 1688.

Incip. *Genesis. Cap. I. v. 1. Locus Talmudicus. Succa. 49. 1.* etc. Explic. *Pes. 117. 1. 118. 1.* — Tum sequitur clausula libri Toledoth Aharon. In anteriori libri operculo est epistola autographa auctoris ad J. H. Maium sen., Effringae 16 m. Febr. 1699 scripta, et incipitur: „Venit nunc ad te libellus iste olim a me conscriptus, jam vero totus Tibi sacratus et, si quidem sub hoc officii nomine acceptari meretur, dono missus, facias cum eo, quidquid libuerit“ etc.

DCLXV.

B. G. XV. 72. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litt. initial. rubris, foll. 280., quorum 122b—123. 279b et 280 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—122. *Index Bibliae. Tabula alphabetica Bibliae. Registrum in Libros Sententiarum et in S. Thomae de Aquino Scripta.*

Incip. *De opere sex dierum* etc. Explic. *Zelus — Articulo 40.* Tum sequuntur quaedam notata de S. Thomae scriptis etc.

b. fol. 124—279. *Nicolai de Lyra Postilla super Danielem, Historiam Susannae et Belis et Draconis, et Prophetas minores.*

Incip. *Danieli autem dedit Deus* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen. 1461.*

DCLXVI.

B. G. XVI. 78. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. initial. rubris, foll. 106., quorum 26. 43. 44a. 64b et 72 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—64. *Indices Bibliae, Concordantiae Evangelistarum et Simil.*

Incip. *Compendium totius biblie* etc. Explic. *Ysidorum ubi supra.*

b. fol. 73—106. *Sermones.*

Incip. *Cogitas me o paula* etc. Explic. *Secula seculorum. Amen.* Praemittuntur haec typis descripta: *1. Nosce te. Heidelb. 1489. 4.* — *2. Biblia pauperum a D. Bonaventura edita. 1490.* S. l. 4. — In fine: *A. Augustini Episc. De cura pro mortuis agenda.* S. l. et a. 4.

DCLXVII.

B. G. (3) 112. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII., foll. 70., quorum plura vacua sunt. Titulus:

Jo. Henrici Maii jun. Observationes sacrae.

Incip. *Ad Jes. III. 1. Arbitror per has* etc. Explic. *Ille aliter exponat.* — Tum sequuntur notae variae. Cf. Jo. H. Maii Obs. sacrae. Ed. II. Francof. 1716. 8.

XIX.

PARTES ECCLESIASTICI,

SCHOLASTICI, THEOLOGI RECENTIORES.

DCLXVIII.

B. G. (3) 54. 4.

Codex chartaceus a. 1574. elegantissime scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus milto pictis, foll. 699., quorum 1 et 699b scriptura vacant. Continetur:

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἑρμενεία εἰς τὸ Ψαλτήριον.

Ita inscriptio rubro picta. Incip. post prooem. fol. 3: *Ψαλμ.* 1. *Μακάριος ἀνὴρ, ὅς οὐκ ἐπορεύθη* etc. Explic. *Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμεν.* — Scriptus est hic codex praestantissimus, ut ex subscriptione patet, a. 1574 in Scorialensi Monasterio ab Andrea Darmario Graeco. Partem ejus priorem in Psalmos I—LXXV evulgavit Montfauconius ex Cod. Bibl. Mediol. Ambros. ex Scorialensi illo descripto in Collect. nova etc. II. p. 70 sqq. Pars vero posterior adhuc inedita est. V. Recensionem ejus in Bibl. Uffenbach. Ms. p. 485 sqq. Fol. 1. haec habet: Rev. et clariss. viro d. Esaiae Silberschlag theol. doct. et antist. Erfordiano *ἀδελφίας ἕνεκα* dono dedit Georgius Mylius 1 Jun. 1603. Jenae. Fuit postea codex noster in bibl. Z. C. a Uffenbach, cujus emblema in priori libri operculo conspicitur. Ab Uffenbachio eum accepit jure permutationis J. H. Maius jun.

DCLXIX.

B. G. (3) 76. 4.

Codex chartaceus saec. XVI. elegantissime exaratus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 213., quorum 1—3. 148b. 149. 150b—153 et 210—213 vacua sunt scriptura. Continentur:

a. fol. 4—148 a. *Ἀπολιναρίου μετάφρασις εἰς τὸν ψαλτῆρα καὶ Ἰωαννου Γεωμέτρου ἐν οἷς εγραψε καὶ εὐδοκία αὐγουστου καὶ δι ιάμβων Θωρόδεος Ἱεροσολυμίτης.*

Ita inscriptio rubro picta. Incip. *Μακάριος ἀνὴρ ὅς οὐκ ἐπορεύθη: Ολβιος ὅστις ἀνὴρ ἀγορὴν* etc. Explic. Apollin. Metaph. psal. Dav. 151. fol. 137 a: *Περίφρονος ἰσραήλου.* Sequitur tetrastichon in Meursii ed. Psal. Apol. p. 420 typis expressum. Ibid. incip. Metaphr. Cantic. Joannis Geometrae. Inscriptio: *Μετάφρασις τῶν ᾠδῶν ἀπὸ φονῆς Ἰωαννου Γεωμέτρου.* Incip. *Ἀιγυπτίων πόντωσις ᾠδὴ Μωσέως* etc. Explic. *Σεμνοῖς ἀβραμίδες.* — Recensentur haec largius in Bibl. Uffenb. Ms. pag. 481 sqq.

b. fol. 148—150. ***Joan. Lascaris et Christophori alicujus Carmina graeca.***

Ita inscriptio in Catal. Maiano. Incip. carmen primum:

Ἰωάννε Λασκάρεως.
Χαλκοτύποῖς σελίσι μουσῶν ἀγὸς ἔδρακε δόρων
Ὠγυγίων Δαναὸς τόν ποτ᾽ ἔδειξε τύπον
Καὶ ᾽φ᾽ Ἑλικωνιάδεσσι· τί μέλομεν· εἰπάτον αὖθις
Ἠλθόμεν ἡμφίων. Ἑλλὰς ἴδ᾽ ἀνθαλέθει etc.

Incip. carmen secundum:

Χριστοφόρος τῳ ἀρίστῳ καὶ σοφωτάτῳ θειοτάτῳ τε θύτῃ Κελίῳ.
Μυσοφιλῆ μὲν ἅπαντα ἔθνη τὸν θειον δεῦτε,
Ταινιαῖσι καμόνθ εἵνεκα μεν τυχέειν·
Ἀ ψαιδοῦς σοφίης χρυσῆσι στεψωμεννε
Αυσονίων καύχημ᾽ ἱερέων τε κλέος etc.

c. fol. 154—198 a. *Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου λογος παραινετικος πρὸς ἕλληνας.*

Ita inscriptio rubro picta. Incip. *(Ἀ)ρχόμενος τῆς πρὸς ὑμᾶς* etc. Explic. *Διδαςκόντων ἡμᾶς. Τελος.*

d. fol. 198—210. *Ἰουστίνου ἔκθεσις πίστεως ἤτοι περὶ τριάδος.*

Ita inscriptio. Incip. (Art. 1. *Ἱκάνως — κατανόησιν* deest) *Ἕνα τοίνυν Θεὸν* etc. Explic. *Ἀνωτατῳ βασιλείας. Τελος.* — In anteriori libri operculo emblema Z. C. ab Uffenbach conspicitur, cui Maius jun. haec adscripsit: ***Ab illustri Uffenbachio permutationis jure accepi.***

DCLXX.

B. G. XV. 8. fol.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter exaratus, in duas columnas divisus, inscriptionibus rubris, litt. initialibus modo caeruleis modo rubris, foll. 293., quorum 108 b et 293 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—108. ***S. Johannis Chrysostomi Commentarium*** (Homiliae) ***in epistolam ad Hebreos.***

Incip. ***Multipharie*** (!) ***et multis modis*** etc. Explic. ***In secla seclorum. Amen. Subsc. Explicit commentarium beati Johannis episc. Constant. in ep. ad hebreos etc.***

b. fol. 109—113. ***B. Anselmi*** (?) ***Sermo de Passione Domini.***

Incip. ***Jhesum nazarenum*** etc. Explic. ***Secula seculorum. Amen. Subsc. Explicit sermo de pass. Dom. qui creditur esse B. Anshelmi Cantuar. Archiepisc.***

c. fol. 114—136 a. ***Leonis I P. R. Sermones de passione domini.***

Incip. ***Omnia quidem tempora*** etc. Explic. ***In secula seculorum. Amen.***

d. fol. 136—247. ***S. Bernardi Sermones varii.***

Incip. *Vera omnino sententia* etc. Explic. *Pulsanti non apperiatur.*

e. fol. 248—282. *Sermones ad Clericum Moguntinum de assumptione Virginis.*

Ita inscriptio. Incip. *Laudes Virginis sanctissime* etc. Explic. *Dignetur Jesus Christus in secula benedictus. Amen.*

f. fol. 283—292. *S. Bernardi Sermo exhortatorius ad Milites Templi.*

Incip. *Cap. 1. De milicia seculari* etc. Explic. *Digitos vestros ad bellum.*

DCLXXI.

B. G. XV. 61. fol.

Codex chartaceus saec. XV., mutilus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus milto pictis, illis etiam singulorum tractatuum vario colore distinctis et auratis, foll. 69., quorum 67—69 scriptura vacant. Continentur:

Dionysii Areopagitae De Coelesti Hierarchia. De Ecclesiastica Hierarchia. De divinis nominibus. De mystica Theologia.

Incip. ... *Illud quod sacerdotale* etc. Explic. *Et ultra omnia est. Subsc. Dyonisii Areopachitae de mistica theol. lib. explicit feliciter. Absolvi Ambrosius peccator dyonisii opuscula in monasterio fontis boni XV. Kal. Apr. 1437.* Inter fol. 5 et 6 et inter fol. 65 et 65 plura excidisse videntur.

DCLXXII.

B. G. XV. 11. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV et XVI. scriptus, male habitus, in duas columnas divisus, rubris inscriptionibus, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, foll. num. 407. Continentur:

Sermones et Tractatus Variorum.

Incip. *Verbum abbreviatum* etc. Explic. *Episcopum ordinaret.* — Singula quae hoc volumine continentur, haec sunt: 1. Ewerici Abb. Sermones IV de nativ. Christi. — 2. S. Ambrosii Expositio super Lucam. Libri 2. — 3. S. Bernardi Sermones de tempore et sanctis. — 4. Severi Sulpicii de vita S. Martini libri IV. — 5. Ejusd. Epistolae de obitu B. Martini. — 6. Alcuini de vita S. Martini — 7. Heraldi Odonis Abb. de translatione S. Martini et de adustione ecclesiae S. Martini. — 8. Sermo de S. Martino. — 9. De vita septem dormentium per Gregorium Turonensem (fol. 387b sqq.) — Fol. 1. haec adscripta sunt: *Liber Gabrielis Byel.*

DCLXXIII.

B. G. XV. 50. fol.

Codex chartaceus saec. XV., inscriptionibus et litt. initial. rubris, foll. numerat. 394., quorum 1. 33b. 356b—358. 393b et 394b vacua sunt. Insunt haec:

a. fol. 1—33. *S. Ambrosii De Vinea Nabothei, de S. Tobia et usuris, et de Fuga Seculi.*

Incip. *Nabuthe hystoria* etc. Explic. *Secula seculorum. Amen. Subsc. Explicit de fuga seculi a. 1436.*

b. fol. 34—168. *Jo. Chrysostomi Homiliae XXXIX, Libri de compunctione cordis et de reparatione lapsi hominis.*

Incip. *Pictores imitantur arte* etc. Explic. *Medicamenta non queras.* Sequitur index.

c. fol. 169—295a. *S. Bonaventurae Lunaria, Suppositiones theologicae et Breviarium.*

Incip. *In medio* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

d. fol. 295b—311a. *Jo. Gerson Tr. de Contractibus.*

Incip. prol.: *Qui volunt divites fieri* etc. Incip. textus: *Contractuum bonitate* etc. Explic. *Humano jure dampnata.*

e. fol. 311b—337. *Nicolai de Gawer Tr. de Superstitionibus.*

Incip. *Quoniam lumbi mei* etc. Explic. *Divine voluntatis.*

f. fol. 337—356a. *B. Bernardi Epistolae ad Fratres Carthusienses de Monte, De contemptu mundi.*

Incip. post introd.: *Ep. 1. Fratribus de Monte Dei orientale lumen* etc. Explic. *Secretum meum.*

g. fol. 359—383. *S. Augustini de cathezizandis Rudibus.*

Ita inscriptio. Incip. *Petisti ut aliquid ad te* etc. Explic. *Possunt sustruere. Amen.*

h. fol. 384—393a. *Tractatus quidam de Confessione.*

Incip. *Tibi dabo claves* etc. Explic. *Jesu Christi.* Fol. 394a. continet quaedam inscripta: *Circa defectus eukaristie.*

DCLXXIV.

B. G. XV. 99. fol.

Codex chartaceus saec. XV. eleganter scriptus, in duas columnas scissus, inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo caeruleo modo milto pictis, foll. 298., quorum 1—3. 14b. 15a. 119b. 123. 252b et 298 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 4—7a. *S. Ambrosii Sermo pastoralis.*

Incip. *Si quis fratres oraculum* etc. Explic. *Dare promisisti. Amen.*

b. fol. 7. *De disciplina Principum.*

Incip. *Potestas imperialis et regalis* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

c. fol. 8—9. *Sermo ad Regem.*

Incip. *Moneo sublimitatem tuam* etc. Explic. *Dulcissime Rex. Deo gratias.*

d. fol. 9b—11a. *Exhortatio poenitendi.*

Incip. *Cur fluctuas anima* etc. Explic. *Efferunt mundi. Amen.*

e. fol. 11—14a. *Jo. Gerson De cura curatorum.*

Ita inscriptio. Incip. *Scio quod crassioribus* etc. Explic. *Non leditur.*

c. fol. 43—125a. *Consolationes Theologiae.*

Incip. *Quoniam secundum Apostolum* etc. Explic. *Secula benedictus. Amen.*

d. fol. 128—176a. *Christophori Arnoldi Moralia.*

Incip. p. prol.: *In libro rethorícorum* (!) etc. Explic. *Non peccate.*

e. fol. 184—195. *Johannis Gerson Tr. de Oratione et suo valore.*

Incip. *Oportet semper orare* etc. Explic. *(Consid. 21.) Afferat ad orationis . . .*

DCCCX.

B. G. XVI. 110. 12.

Codex chartaceus saec. XV., inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 128., quorum 29b. 103. 116—118 et 122b—128 vacua sunt. Continentur:

Varia collecta.

Insunt haec: 1. Passio Domini Jesu Christi. — 2. Excerpta varia. — 3. Regulae vulgares de fest. immobilibus. Germanice. — 4. Tract. de musica. — 5. Ordo libror. V. et N. T. cum aliis. — 6. Tract. de sacramentis (fol. 60—70.) — 7. Quaestiones de St. Gregorio I. (fol. 71—77.) — 8. Officium Sancti Spiritus editum p. Joan. Papam XXII. et alia. In fine multa excidisse videntur.

DCCCXI.

B. G. XVI. 107. 12.

Codex chartaceus saec. XV., mutilus, foll. 91., quorum 18—22. 24b—29. 41b—43 et 87—91 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—29a. *Fragmenta: De peccatis, de sapientia mortis* etc.

Incip. ... *Alium defraudasti* etc. Explic. *Per incarnationem fuit* ...

b. fol. 30—41. *Petri Blessenbachii Epistola pro instructione presbyterorum.*

Ita titulus. Incip. *Petrus Blessenbachius Archidiaconus salutem in eo, sine quo non est salus* etc. Explic. *De peccatis diligentem.*

c. fol. 44—86. *Excerpta et fragmenta varia: e. g. Examinatio quotidiana tui ipsius. — Ex libris decretalium. — De timore Dei. — Auctoritates sanctorum de judicio extremo* etc.

Incip. *Vincula hujus mundi* etc. Explic. *Peccatorum mortalium.* Praemittitur his liber typis descriptus: Cura pastoralis pro ordinandorum tentamine collecta. S. l. et a. 12.

DCCCXII.

B. G. XVI. 102. 12.

Codex chartaceus saec. XV., ab initio mutilus, inscript. et litt. init. rubris, foll. 240., quorum plura vacua sunt scriptura. Continentur:

Varia theologica.

Incip. ... *In corde tuo* etc. Explic. *Est fons vite.* — Singula, quae hoc codice continentur, haec sunt: 1. Fragmentum ritualis cujusdam. — 2. Exercitia spiritualia. Fragm. — 3. Nicolai Dinckelspuhl Remedia decem contra malas cogitationes. — 4. Excerpta ex Augustino etc. — 5. Speculum peccatoris S. Bernardi Abbatis. — 6. Excerpta ex Soliloquiis Sancti Bonaventurae. — 7. Collecta ex sermonib. (2) Nicolai Dinkelspuhl. — 8. Bonaventurae Incendium amoris (de Summo Bono).

DCCCXIII.

B. S. Ms. 221. fol.

Codex chartaceus a. 1450. in duabus columnis scriptus, rubris inscriptionibus, litt. initialibus modo milto modo caeruleo colore distinctis. Picturas habent foll. 4. 167. 174. 177. 180. 183. 185. 190. 193. 197. 201. 203. 205. 209. 213. 217. 224. 230. 235. 241. 245. 248. 250. 253. 256. 257. 258. 259. 261. 263. 264. 266. 268. 272. 275. 278. 279. 283. Foll. num. constat 289., praeter novem ab initio, quorum 1—3 et 7 b—9 scriptura vacant, et 5—7 a. indicem habent. In fine quatuor folia vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—166. *Compendium theologiae.* Germanice.

Incip. *Sanctus Johannes Evangelista der sagt in* etc. Explic. *Und der hailig gayst. Amen. Subsc. Das büchlein hat geschribn mit sein hand, görg mulich ist er genannt, und hat er nit gut geschribn, so hat er doch sein weill vertribn .. Augspurg. 1450 .. nit verloren werden an uns.*

b. fol. 168—208. *Vom Schachzabel und andern Spielen.*

Incip. *Do ich bey meiner herschafft* etc. Explic. *In den zimbel glogglin die wol tonend. Subsc. Ain jeglich gayst lob den herrn. Nun han ich mit gots hilf dis püchlin volpracht von dem guldin spil als auch augustinus aynest macht ain buchlin von zehn saytn Ich han das mein getan . . ich ayn priester prediger ordens hiess mayster ingold hat diese spil gemacht | Aber ich jorg mulich han dits buch geschribn und volpracht 1450, an sanct marx tag | got behüt uns vor dem gehen tod. Amen.*

c. fol. 210—252. *Von den zehn geboten.*

Incip. *Hör Israhel die pot deines hern* etc. Explic. *Vor allem ubel. Amen. iorg mulich . 1450 .* In fine appositi sunt hi versiculi:

Wer sich selb erkennt	*der ist der aller reichest*
der ist der aller weissest	*wer sich selb uberwint*
wer sich lat benugen	*der ist der allersterkest.*

d. fol. 254—282. *Vom Auszug der Kinder Israels bis zur Zerstörung Jericho's.*

Incip. *Hie vacht sich an der ausgang von Egypto der Kinder von Israhel. Noli timere* etc. Explic. *Vor allem herzen lait. Amen.. iorg mulich. 1450 .. nach jerusalem gehen.*

e. fol. 284—289. *Von den hailigen wirdigen stetten die zu und umb jerusalem ligend, die die pilger suchend.*

Incip. *Die stet die hernach geschribn sint* etc. Explic. *Ora pro nobis sancta Ellena.*

DCCCXIV.

B. G. XV. 69. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 124., quorum 1—6. 123b—124 vacua sunt. Continentur:

Anonymi Lectiones theologicae.

Incip. *Lectio prima. Remissa in cubiculo cordis* etc. Explic. *De hys misterys. Deo gratias.* Tum sequuntur haec typis descripta: Sermo notabilis de passione domini. Reutling. p. Johannem Otmar. 1489. d. 19 mens. Febr. fol.

DCCCXV.

B. G. XVI. 72. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. initial. rubr., foll. 222., quorum 1b. 35. 36. 106—111. 153. 185—187. 197. 198 et 222b vacua sunt. Continentur:

Tractatus et Sermones diversorum.

Incip. *Tractatus pulcher et utilis de modo audiendi confessionem. Simpliciores et minus expertos* etc. Explic. *Robusti per gratiam.* — Singula, quae hoc codice continentur, haec sunt: 1. De instructione confessorum. 2. Explicatio decem praeceptorum (Incip. *Oculi mei semper* etc.). 3. Sermones varii. 4. Tr. de altercatione inter praelatum quendam et lulhardum de moribus et vita amborum. 5. De statu clericali. 6. S. Bernardi Tr. de ambitione clericorum. 7. Tres puncti essentiales relig. christ. 8. Sermo de imploratione Dei. 9. Tr. rationis et conscientiae de sumptione corp. J. Ch. 10. Formula vivendi canonicorum et vicarior. 11. De modo confidendi.

DCCCXVI.

B. G. XVI. 106. 12.

Codex chartaceus saec. XV., male habitus, inscript et litt. initial. rubris, foll. 127., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Meditationes et Tractatus varii.

Incip. *Cogita ex his* etc. Explic. *Forte resumat.* — Singula contenta haec sunt: 1. Generales meditationes de judicio extremo. 2. Epistolae duae de cursu spirituali. 3. Joh. Gerson De puritate conscientiae et de modo confitendi. — Praemittuntur his typis descripti: Isidori De summo bono libri tres.. S. l. et a. 12.

DCCCXVII.

B. G. XVI. 89. 4.

Codex chartaceus saec. XV., diversis manibus satis eleganter scriptus, inscriptioni-

bus et litteris initialibus rubris, foll. 237., quorum 1. 2b. 8. 26—31. 141—143. 154b—156 et 237b vacua sunt. Continentur:

Diversorum Tractatus, Expositiones et Sermones varii.

Incip. fol. 3: *De introitu in religionem* etc. Explic. *Secundum verbum tuum. Amen.* — Singula contenta haec sunt: 1. Henrici de Hassia De introitu in religionem. 2. De obedientia. 3. Hugonis de S. Victore De instabilitate cordis humani. 4. B. Anselmi Prosologon. 5. Ejusd. Soliloquium pro fervore amoris. 6. Jo. Gerson Tr. de XXVII considerat. habendis in oratione. 7. Quaedam puncta de passione p. S. Augustinum et S. Bernardum. 8. Excerptum ex Hugonis de S. Victore Tr. de virtute orandi. 9. De septem horis canonicis. 10. Expositio orat. divinae. 11. Tr. de arte moriendi. 12. De quinque floribus mundi. 13. Speculum peccatoris. 14. Planctus miseriae praesentis. 15. Exercitium de humanitate Christ. 16. De imitatione Christi. 17. De interna Christ. locutione ad animas fideles. 18. De interna conversatione. 19. Exhortatio ad sacram Christi communionem. 20. Quaestiones ex rationali divinorum. 21. Quaestiones circa tertiam partem S. Thomae. 22. Meditationes super septem psalm. 23. Oratio dom. postulata in modum orationis per Joh. Nyffer. — In calce: Fragm. sermon. de purificatione beatae Virginis Mariae.

DCCCXVIII.

B. G. XVI. 73. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litteris initial. rubris, foll. 193., quorum 1—8a. 57b. 58. et 185—193 vacua sunt. Continentur:

Miscellanea.

Incip. *In goddes namen amen. Endrechtikeit zu machen* etc. Explic. *Betuchte ym geschee.* — Singula contenta haec sunt: 1. Satzungen fur die Geistlichen zu Fridberg und Rossdorff. 2. Statuta provincialia cum bulla confirmat. 3. Thomae de Aquino De artic. fid. 4. Herm. Rosenberg Processus contra concubin. Pr. contr. Judaeos, contra egred. et ingred. claus. monial. et De non recipiend. presbit. 5. Ordinatio S. Basil. Concil. de Administr. Sacrament. 6. Bulla Nicolai P. R. de conclus. in concil. opp. 7. Bulla contra blasphem. 8. Statuta gen. Syn. Mog. 1456. 9. Summa de confessione. 10. De missa. 11. De officio praedicatorum.

DCCCXIX.

B. G. XVI. 32. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 294., quorum 1. 2. 118—122a. 180—182. 193. 194 et 291—294 vacua sunt. Continentur:

Expositio Evangeliorum.

Incip. *Istud evangelium quod mattheus* etc. Explic. *Temporalis passionis.* — In calce libri Excerpta ex Vocabulario Guarini, ut videtur. In fine: *Explicit a. D. 1426.*

DCCCXX.

B. G. XVI. 28. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 230., quorum 226—230 vacua sunt. Continentur:

Sermones de Tempore.

Incip. *Domin. Som. Advent. A. 1478. Benedictus qui venit in nomine Domini Onestibus Christianis* etc. Explic. *Si — incorporatus fuero saluus ero. Amen.*

DCCCXXI.

B. G. XVI. 38. 4.

Codex chartaceus saec. XV., in fine mutilus, foll. 245., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Sermones de Festis Sanctae Virginis Mariae.

Incip. (post tab.) fol. 8.: *In festo conceptionis virginis gloriose. Festum solempne conceptionis* etc. Explic. *Quantum ad secundum* . .

DCCCXXII.

B. G. XVI. 39. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. numerat. 269., quorum plura vacua sunt. Insunt:

Sermones in Festa B. Mariae Virginis et de Sanctis.

Ita inscriptio. Incip. *Sicut misit me pater* etc. Explic. *Et venerantes. Amen.*

DCCCXXIII.

B. G. XVI. 41. 4.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, foll. 271., quorum 46—48. 63. 270 et 271 vacua sunt. Continentur:

Sermones et Expositiones.

Incip. *Quarta feria p. palmar. Passio domini nostri* etc. Explic. *Caveat sibi quivis.*

DCCCXXIV.

B. G. XVI. 55. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. initial. rubris, foll. 196., quorum 1—5. 94 et 130. 131. 191—196 vacua sunt. Continentur:

Lectura super Ecclesiasticum et Sermones ad Status.

Ita inscriptio. Incip. *Omnis sapentia a domino deo* etc. Explic. *Codices vestiuntur a. 1476.*

DCCCXXV.

B. G. XVI. 63. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 279., quorum multa vacua sunt. Continentur:

Sermones de Tempore et de Sanctis.

Incip. *Domin. 1. Adventus Anni IV. Sermo 1. Solvite* etc. Explic. *Singulos renovetur.*

DCCCXXVI.

B. G. XVI. 65. 4.

Codex chartaceus saec. XV., foll. 319., quorum multa scriptura vacant. Continentur:

Sermones de Tempore.

Incip. *Domin. 1 adventus Ann. VI. Benedictus qui venit* etc. Explic. *Qui regnat cum patre et spiritu sancto.*

DCCCXXVII—DCCCXXXIII.

B. G. XVI. 68. 70. 74. 79. 81. 91. 93. 4.

Codices chartac. septem saec. XV. scripti, quorum primus continet foll. 305., al-

ter 197; inter haec multa vacua sunt. Tertius foll. est 122., quorum 1—3. 47—49. 67. 93. 94 et 120b—122 scriptura vacant. Quartus habet foll. 163., quorum 1. 2. 136b. 162 et 163 vacua sunt. Quintum continet foll. 357., quorum 1—4 et 353—357 vacua sunt. Sextus est foll. numerat. 256 et ultimus 265. Continentur:

Sermones Diversorum.

Incip. *Natus est nobis hodie salvator* etc. Explic. *In secula seculorum. Amen.*

DCCCXXXIV—DCCCXXXVIII.

B. G. XVI. 16—20. 4.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV. scriptus, quinque constans voluminibus, quorum primum continet foll. 270., alterum 342., tertium 151., quartum 260 et ultimum 243.; in hoc foll. 1—17. 19—25 et 239—243, in illis multa vacua sunt, quae singula enumerare longum esset. Continentur:

Sermones de Tempore et de Sanctis.

Incip. *Anno Domini 1460. Dom. 20. Exite ad exitum viarum* etc. Explic. *Carceris prementem angustiam.* Insunt in hac collectione Sermones Johannis Herolt (Discipuli), Gabrielis Biel et aliorum.

DCCCXXXIX.

B. G. XVI. 15. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus maximam partem rubris, foll. numerat. 375., quorum plura vacant scriptura. Insunt:

Sermones diversi.

Incip. *Octava pasche de X bonis que confert bona societas* etc. Explic. *Gloriam in futuro. Amen.* — Insunt autem sermones Roperti, Discipuli, Bonaventurae, Ternarii, Jacobi de Voragine, Dinckelspuhl, Gabrielis Biel, Jacobi Carthusiensis et aliorum.

DCCCXL.

B. G. XVI. 14. 4.

Codex chartaceus saec. XV., ab initio mutilus, inscriptionibus et litt. init. rubris, foll. 291., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Themata de Tempore et de Sanctis.

Inscriptio: *Opus de Sanctis.* Incip.... *Attine unitatem* etc. Explic. *O lux beata trinitas.*

DCCCXLI.

B. G. XVI. 3. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus rubris, foll. 309., quorum 1 et 304—309 scriptura vacant. Continentur:

Anonymi Sermones de Tempore. Pars aestivalis.

Incip. *Surrexit Dominus de sepulchro et apparuit* etc. Explic. *Mundus capere non potuit.* — Inter foll. 300 et 301 folium unum excidisse videtur.

DCCCXLII.

B. G. XV. 98. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. numerat. 192., quorum 2. 188. 189 et 192b vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—187. *Sermones diversorum Doctorum de Festivitatibus.*

Incip. post ind. fol. 3: *Incipit Sermo b. Augustini Episcopi. Propicia divinitate* etc. Explic. *Coronata dignitate.*

b. fol. 190—192 a. *Bulla Martini Papae a. 1430. VII Kal. Junii. — Bulla Bonifacii P. R. a. 1390. 18 Nov. promulgata.* — Fuit hic codex olim in bibl. Cap. Eccl. S. Marci in Butzbach.

DCCCXLIII.

B. G. XV. 88. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in fine mutilus, in duas columnas divisus, inscriptionibus rubris, litt. initial. modo rubris modo caeruleis aut vario colore distinctis, foll. 227., quorum 58. 59. 180 b et 181 vacua sunt. Continentur:

Homiliae a Festo Nativitatis Christi ad Festum Pentecost.

Incip. *In illo tempore missus est Gabriel* etc. Explic. *Testimonium prohibuit de . .*

DCCCXLIV et DCCCXLV.

B. G. XV. 9. 10. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, rubris inscriptionibus, litteris initialib. vario colore distinctis, duobus constans voluminibus, quorum prius foll. habet 190., posterius 210. In illo vacua sunt 1 et 290; in hoc foll. 1 et 206 b—210. Folium primum prologi deest. Continetur:

Expositio Libri Jobi ad mores accommodata. Libri XXXV.

Incip. post prolog. fol. 3 b: *Inter multos sepe querentes quis librum beati Job* etc. Explic. *Pro scriptore hujus materie anno LIX.*

DCCCXLVI.

B. G. XV. 26. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscript. et litt. initial. rubris, foll. 288., quorum 161 b et 286—288 vacua sunt. Continentur:

Contractus de Tempore et de Sanctis.

Incip. *Dies appropinquabit* etc. Explic. *Suam gratiam. Amen. Subsc. Explicit contractus de temp. et de sanctis.* Tum sequitur registrum.

DCCCXLVII.

B. G. XV. 31. fol.

Codex chartaceus saec. XV., in duas columnas divisus, inscriptionibus et litteris initialibus rubris, foll. 373., quorum 1—4 vacua sunt scriptura. Continentur:

a. fol. 5—278. *Sermones de Tempore et de Sanctis.*

Incip. *Mitte manum tuam* etc. Explic. *In montem synai locaverunt.*

b. fol. 279—334. *Saxonis Opusculum in salutationem b. Virginis Mariae.*

Ita tit. Incip. *Quoniam ut ait b. ieronimus* etc. Explic. *Secula seculorum. Amen.*

c. fol. 335—373. *Sermones ad Clerum, ad Claustrales et de Mortuis.*

Ita inscriptio. Incip. *Merito hec patimur* etc. Explic. *Moyses orabat.*

DCCCXLVIII.

B. G. XVI. 108. 12.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initial. rubris, foll. 147. Continentur:

Sermones de Tempore.

Ita inscriptio. Incip. *In adventum domini* etc. Explic. *Dominus meus pater.*

DCCCXLIX.

B. S. Ms. 124. 4.

Codex chartaceus saec. XV. exeuntis, rubris inscriptionibus et litteris initialibus, antiqua ligatura, foll. 254., quorum 126 b vacuum est. Continentur:

a. fol. 1—7. *Ein Sermon von dry sinne.*

Incip. *Sante Johanes schribet in syme ewangelio an dem XX capittele:* (haec rubro picta sunt) *Und sprichet also Es waz abent und die tur waz beschlossen* etc. Explic. *Dez helff er uns Amen. Amen. Subsc. Hie hat diss buch ein ende got alle falschen herzen schende. Amen.*

b. fol. 8—126 a. *Moyses oder die zehen Gebotte zu tusche.* (!)

Incip. *Diss buchlin heisset Moyeses und sint die zehen gebotte zu tusche.* (Haec minio picta sunt). *Septies in die cadit iustus* etc. Explic. *Deo gratias Amen dico vobis. Subsc. Hie hant diese zehen Gebot zu tusche ein ende* etc.

c. fol. 127—254. *Legenden von einigen Heiligen.*

Incip. *Der libe Herre sant Silvester.. het got liep und waz edele* etc. Explic. *Zu den ewigen freuden kommen do sie ist. Amen. Subsc. Diss buch saget von diessen nach geschrieben heiligen mit namen von sant Silvester | von den h. drin kunigen | von sant Torothea von Fabianus und Sebastianus | von sant Ottilien | von sant Endreas | von Franciscus und s. Katherina | von sant pilagus und Sant margareten.*

DCCCL.

B. G. (8) 17 b. fol.

Codex chartaceus saec. XV., rubris inscriptionibus et subscriptionibus, litteris initialibus milto pictis, lineis plumbagine ductis, foll. 239., quorum 239 b vacuum est. Insunt:

a. fol. 1—167 a. *Der Sehlen Trost Friderici Sommeri Lohrani.*

Ita titulus. Incip. introductio: *Libellus est iste collectus de diversis libris de Biblia de passionali de historia scolastica de historia ecclesiastica de speculo historiali de decretis et decretalibus de cronicis diversis de vita patrum de dyalogo* (!) *de compendio theologie de summa Raymundi de summa gotfridi de summa henrici de summa viciorum et virtutum et de omnibus libris* etc. Incip. text.: *Der selen trost der lyget an heyliger vnd yn betrachtungen der heyligen schrifft* etc. Explic. *Vnd der heylige geyste Amen. Subsc. Hye endet sich der seelen trost. Got helff uns das wir von der helle pyne werden erlost. Et sic est finis hujus operis in a. LX... per me Fridericum Sommer de lore.*

b. fol. 167b—171 a. *Der Spiegel der Sünden.*

Incip. *Lyeben Bruder wann wir uff dem Wege des fliehenden lebens syn* etc. Explic. *Das verleihe uns allen got der vatter vnd sone vnd der heilige geiste. Amen. Subsc. Hie hat der spiegel der sunden eyn ende. Got woll uns sin gnade senden.*

c. fol. 171 b—177. *Von sechserleye ungeordenten hoffenunge in dem die sunder hoffen zu gode.*

Incip. *Wie wol nu das ist das vil gotlicher warheit* etc. Explic. *Dem liechte der warheit.*

d. fol. 177b—181. *Die leyter mit sieben sprossen die wir in dem pater noster uff sollen stigen zu dem ewigen leben.*

Incip. *Ir aller liebsten ir sollent* etc. Explic. *Das ewige leben besitzen das verliehe uns got der vatter etc..*

e. fol. 181—194. *Des erlichen meisters humperte predigerordens Von dem gehorsame. Item wie die kinder gottes von dem geiste gewirket oder getrieben werden.*

Incip. *Mit flissigen lernen lieben kynder* etc. Explic. *Des helff uns got. Amen.*

f. fol. 194b—239a. *Des minoriten bruders marcus von Lindawe Sermones. Item dryerhande lude werden getrieben von dem geiste. Item wie die Judden und die phariseyen zu Johanne santen.*

Incip. *Also redet got zu moysi* etc. Explic. *Der heylige geiste. Amen. Subsc. Sic est finis. Deo gratias. 1460.* — Fol. 1. in margine haec leguntur: Hic liber est Conradi Bachmanni Professoris Giesseni. Anno 1640. M. Augusto.

DCCCLI.

B. G. XVI. 64. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. initial. rubris, foll. 63., quorum 1—7. 19. 30—32 et 63b vacua sunt. Continentur:

a. fol. 8—29. *Erklærung der zehn Gebothe u. Beichte aus denselben.*

Ita inscriptio. Incip. *Inne eynen got soltu gleuben* etc. Explic. *Solick fragen melden.*

b. fol. 33—63. *Johann Gerson's Werk von den zehn Gebothen, von der Beicht und der Kunst zu sterben.*

Incip. *Der Cristenheit* etc. Explic. *Wirt gehalten.* Typis descripta et inter fol. 32 et 33 et in calce libri adsuta sunt: 1. Johannis Gerson Opus de praeceptis decalogi, de confess. et de arte moriendi. S. l. et a. 4. — 2. Johannis Lupi Opusculum. Mogunt. (?) 1478. 4.

DCCCLII.

B. G. XVI. 58. 4.

Codex chartaceus saec. XV., inscript. et litt. initial. rubris, foll. 168., quorum 1a. 20b. 21. 95. 135b et 164—168 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—20a. *Nicolai Sutoris Calendarium Fastorum.*

Incip. *Anno 1439 primus ciclus* etc. Explic. *Kalendarii sufficiant. 1469.*

b. fol. 22—94. *Predigten und fromme Uibungen.*

Incip. *Es stund ein bruder zu einer ziit* etc. Explic. *Uns hore Jesus Christus. Amen.*

c. fol. 96—135a. *Unterweisung für den Ritter.*

Incip. post introd.: *Wie der ritter sol sitzen uff den rosse* etc. Explic. *Die ewige freude. Amen.*

d. fol. 136—163. *Die Leyden und Freuden des Lebens.*

Incip. *David der heylige prophete sprechet* etc. Explic. *In der Ewigkeit. Amen.*

DCCCLIII.

B. G. (3) 84. 4.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV et XVI. scriptus, litt. initial. rubris, foll. 255., quorum 180. 205 et 251b—255 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—32. *De celebratione Missae.*

Incip. *Tria sunt in quibus lex divina* etc. Explic. *Prudentis et boni viri.*

b. fol. 33—36. *Speculum Religiosorum.*

Incip. *Ad hoc studeat* etc. Explic. *Ac sanctis agant.* Addita sunt quaedam de temptationib. daemon.

c. fol. 37—120. *Sermones in Decalogum. Scriptum a. 1470.*

Ita inscriptio. Incip. *Si vis ad vitam* etc. Explic. *Sed potius veniale.* Tum sequitur index.

d. fol. 121—179. *Johannis Lamberti Scala Jacobi cum XII. gradibus.*

Ita inscriptio. In margine: *Expositio symboli apostolici.* Incip. *Vinculus triplex difficile rumpitur* etc. Explic. *Ad quas nos perducat.* *Subsc.* *Explicit liber de scala jacob completus per johañem lamberti.* Tum sequuntur fragm. quaedam, expositiones in textum Evangel. etc. continentia.

e. fol. 181—204. *Nicolai de Lyra contra Judaeos.*

Ita inscriptio. Incip. *Incipit quaestio de probatione* etc. Explic. *Pro talibus avertuntur.* *Subsc.* *Et sic est finis hujus quaestionis.*

f. fol. 206—226. *Innocentii III Papae Rom. Lotharii antea vocati Tr. de miseria hominis.*

Incip. *Domino rev. patri per dei gratiam* etc. Explic. *In seculorum secula. 1470.*

g. fol. 227—149 a. *Nicolai de Lyra Tr. contra Judaeum.*

Incip. *Incipit responsio fratris Nicolai de Lyra ord. minor.* etc. Explic. *Apto mendacio tentavit* (?).

h. 249 b—251 a. *De Epiphania Domini.*

Incip. *Ubi est qui natus est rex judeorum* etc. Explic. *Vitam perpetuam. Amen.* Inter fol. 205 et 206 inserta est typis descripta: Epistola Enee poete de fortuna ad dom. Procopium militem. S. l. et a. 4.

DCCCLIV.

B. G. XVI. 1. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV et XVI. scriptus, male habitus, in duas columnas scissus, litteris initial. modo atris modo rubris, foll. 321., quorum 179—180. 201—203 et 214 vacua sunt. Continentur:

Scripta et Collectanea varia.

Incip. *Scribitur Machabeorum primo Refulsit sol* etc. Explic. *Jam non tenuit.* — Singula quae hoc codice continentur haec sunt: 1. Lectiones variae theol. 2. Reportata super libros sententiarum. 3. Reportata super Canonem. 4. Quaestiones quarti libri sententiarum. 5. Dicta super summa Raymundi. 6. Decem praecepta. 7. Super Cantica Canticorum. 8. De summa Trinitate et fide catholica. 9. Excerpta ex libris decretalium.

DCCCLV.

B. G. XVI. 4. fol.

Codex chartaceus diversis manibus saec. XV et XVI., non bene conservatus, foll. 250., quorum multa vacua sunt scriptura. Continentur:

a. fol. 3—86. *Expositio Hymnorum.*

Ita inscriptio. Incip. post prol.: *Conditor alme siderum* etc. Explic. *Diu moventibus* . . Finis deest. Fol. 87 et 88 aliena continent.

b. fol. 90—99. *Liber Johelis Prophetae. Cum commento.*

Ita inscriptio. Incip. *Johel aput* (!) *hebreos* etc. Explic. *Commorabitur in Syon.* *Subsc.* *Explicit liber Johelis prophete.* Fol. 100 vacuum est et 101 aliena habet.

c. fol. 102—127. *Quaestiones theologicae et morales.*

Incip. *Quia salvator noster* etc. Explic. *Blanda appellatur.*

d. fol. 129—153. *Nicolai Dinckelspuhl Tr. de tribus partibus poenitentiae.*

Incip. *Ecce nunc tempus acceptabile* etc. Explic. *Custodiat Christus.*

e. fol 157—249 a. *Tractatus varii theologici, Bullae, Legendae Sanctorum etc.*

Incip. *Utrum prima* etc. Explic. *Meam eternam.* Inter fol. 212 et 213 inserta sunt haec typis descripta: 1. Johannis de Fabrica Tr. super declarat. indulgentiarum concessarum pro animab. in purgat. S. l. et a. fol. 2. Summaris declaratio indulgentiarum. S. l. et a. fol. Fuit hic liber quondam in bibl. Cap. eccl. S. Marci Butisb.

DCCCLVI.

B. G. XVI. 26. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 188. Continentur:

Sermones de Tempore.

Incip. *Apparuit benignitas et humanitas* etc. Explic. *Seculorum in secula.*

DCCCLVII.

B. G. (3). 19a. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., in duas columnas divisus, litteris initialibus rubro pictis, foll. 148., quorum 1. 3b. 4. 57b—62. 135b et 148 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 3—57 a. *Postillae Epistolarum dominicalium totius anni.*

Incip. *Fratres scientes* etc. Explic. *In sanguine Jesu Christi* . . . .

b. fol. 63—147. *Opus exemplorum ex diversis sermonibus et dictis Doctorum collectum.*

Incip. *Incipit opus exemplorum ex diversis sermonibus et dictis doctorum collectum. In principio primum principium a quo* etc. Explic. *Ut frenetur lingua.* Fol. 4b haec leguntur: *Liber Rdi patris domini Jo. Episcopi Cyrenensis sacre theologie professoris ordinis minorum datur fratribus minoribus in marpurg post obitum suum et intitulatur postille Epistolarum dominicalium totius Anni.*

DCCCLVIII.

B. S. Ms. 224. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., rubris inscriptionibus et litt. initialibus, crebris vocum compendiis, foll. 115. Continentur

Incerti Auctoris Homiliae.

Incip. *Praefatiuncula in sermones de tempore et quibusdam sanctorum festivitatibus. Collegi* etc. Explic. fol. 113b.: *Unica et sancta. Finis totius collecture anno die et loco de quibus* ... Fol. 114 et 115 *Epistola Henrici Episcopi Augustensis* de a. 1510. Fol. 1. legitur: Codex Gunzburgensis saec. XVI.

DCCCLIX.

B. G. (3) 111. 8.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineunte eleganter scriptus, foll. 170., quorum 1. 2b. 121b. 169b et 170 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—121. *De Trinitatis Erroribus libri septem. Per Michaelem Serveto. A. 1531.*

Incip. *Liber 1. In scrutandis divinae Triadis* etc. Explic. *Sine fine semper Selah. Finis.*

b. fol. 122—169 a. *Dialogorum de Trinitate libri duo. De Justitia regni Christi capita quatuor. Per Mich. Serveto. A. 1532.*

Ita inscriptio. Incip. *Dialogorum de Trin. lib. 1. Michael Petrucius. Necessario secundum scripturas* etc. Explic. *Omnes ecclesiae tyrannos. Amen. Finis.*

DCCCLX.

B. S. Ms. 9. 8.

Codex chartaceus saec. XVI., ab initio mutilus, foll. 262., quorum 1—3. 4b. 5b. 200b. 259—262 vacua sunt. Continentur:

Joannis Cnipii Andronici, primum Gymnasii Andernacensis, postmodum Francofurtensis ad Moenum Moderatoris Opuscula maximam partem theologica scripta a. 1550 sqq.

Ita titulus. Incip. (inter fol. 5 et 6 folia septem desunt): .. *Dum stoicam suam morosophiam* etc. Explic. *Faciet nos quoque coelitibus. Subsc. Θεῷ δόξα.* — Senkenb. haec titulo libri adscripsit: Fuit autem (Cnipius) Crypto-Calvinista celebris. Fol. 4 a. haec leguntur: Hunc librum a D. J. B. Caesare dono accepit J. C. Moser. 1638.

DCCCLXI.

B. S. Ms. 198. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 18., quorum 17b et 18 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 1—6. *Des Herrn Landgrauen zu Hessen Judicium über die Condemnation der Secten.*

Ita inscriptio. Incip. *Wolgeborner .. Wir haben Ew. L. Schreiben* etc. Explic. *Seint wir willig. Cassel. 7 Mart. 1559. Philippus Landg. zu Hessen.*

b. fol. 7—17 a. *Bremensia.* En contenta: 1. Des Rades tho Bremen Mandata a. 1562. 3 Jan. 2. Vordracht Brieff twuschen dem Rade under sich mit der Meenheit (communitas). a. 1562. 28 Jan. 3. Der Rad an die Theologen zu Wittenberg. 1562. 23 Febr. 4. Copie des Schreibens an die Fœrsten und Stende des nedder sassischen creyses. S. d.

DCCCLXII.

B. S. Ms. 392. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 199., quorum perplura scriptura vacant. Insunt:

a. fol. 1—171. *Formula Concordiae zu Bergen 1577 uffgericht, nebst Briefen etc. dieselbe betreffend.*

Incip. *Formula Concordiae. Allgemeine Lautere richtige und endliche Widerholung* etc. Explic. *(Jo. Maioris Elegie verteutscht fur die Layen):*

Wer nun im Recht ist viel belesen,
Der sprech dem Schwaben zu ein besen.
Amen. Amen. Von Rechtes wegen.

b. fol. 172—198. *Augustana Confessio ad exemplar Caesari a. 1530 traditum.*

Incip. introd.: *Haec prima est editio Aug. Confess.* etc. Incip. textus: *Artikel des Glaubens und der Lehre. Art. 1. Erstlich wirdt einträtiglich gelehret* etc. Explic. *Einreisse und überhand nehme. Die obbemeldten Artikel haben wir .. Die Stadt Reudlingen.*

DCCCLXIII.

B. S. Ms. 130. 4.

Codex chartaceus saec. XVI., litteris initialibus rubro pictis, vocum compendiis pluribus, ligatura antiqua, foll. 244. Continentur:

a. fol. 1—228. *Expositio in Evangelia.* Desunt titulus et finis.

Incip. *I(n) illo tempore cum appropinquasset Jesus ierosolimam et venisset bethvage ad montem oliveti* etc. (Textus litteris maioribus scriptus est quam quibus expositiones exaratae sunt). Explic. *Et salva facta est mulier ex illa hora. Matth.*

b. fol. 229—244. *Commentarius in Boethii consolationem philosophicam.* Germanice. Titulus deest. Incip. prol.: *Koning david de sprechetan in deme saltere* etc. Incip. com.: *Carmina qui quondam studio* (haec atro colore picta sunt, sed subductis lineolis rubris). *In deme anbegynne synes bockess spachet der meister boetius* etc. Explic. *Richtet und underscheidet und tuet.* Tum haec leguntur: *Hie endet sich dat verde boeck boetii von trostunge der philosophien effte wysheit. Amen. Dat viffte und dat leste boeck iss nicht in dudesch gesat wente ed iss van de wetenheit godes .. Scriptum a Passawe a. LXIIII.*

DCCCLXIV.

B. S. Ms. 98. fol.

Codex chartaceus saec. XVI. vergentis, scriptura in duas columnas scissa, lineis stilo ductis, rubris initialibus, foll. 91., cum quinque vacuis in fine. Continentur:

a. fol. 1—21 a. *Officium missae.*

Incip. *Videte quod caute ambuletis non sicut insipientes sed ut sapientes* etc. Explic. *In secula seculorum et benedictum. Amen.* — Auctor hujus libri fortasse Guil. de Gouda est, cujus tractatum de exposit. missae (Daventr. s. n. a. 4.) inspicere non potui.

b. fol. 21 b—34. *Meditationes super libro, qui intitulatur: Poenitentiarius.*

Incip. *Poeniteas cito peccator* etc. Explic. *Ut talis consuetudo peccandi rumpatur.*

c. fol. 34—86. *Raymundi de Pennaforte Summula sacramentorum c. glossa.*

Incip. *Summula de summa raymundi prodiit* etc. Explic. *Decidit olla gula. Explicit. Deo gratias.* — Notat Senkenbergius fol. 35 a: Typis data haec Summula ex prosaica auctoris Summa excerpta Colon. 1498. 4. Praecedit typis expressa: Johannis de Turre Cremata Expositio brevis et utilis super toto psalterio. Mogunt. A. 1474. p. P. Schöffer. fol. — Cf. Panzer, Ann. typ. II. 125.

DCCCLXV.

B. G. (3) 30. fol.

Codex chartaceus saec. XVI., foll. 114., quorum 1 b. 2 b. 26 b. 27. 113 et 114 vacua sunt scriptura. Continentur:

a. fol. 3—17. *Eines Ungenannten Bericht warum man sich vom Pabstthum abgewandt habe an Herzog Heinr. Jul. von Braunschweig.*

Ita inscriptio. Incip. *Dem durchleichtigen Hochgebornen Fursten* etc. Explic. *Am Tage Catharina. 1569.*

b. fol. 18—26 a. *Bericht von Uiberreichung der Augsb. Confession. 1530.*

Incip. *Es ist gar nüzlich vnndt nötig* etc. Explic. *Christum erken̄en. Amen.*

c. fol. 28—53. *Die Augsburgische Confession nach dem Druck v. 1530.*

d. fol. 54—91 a. *Confessio fidei Augustana sicut a. 1531. Wittebergae typis expressa est. Latine et germanice.*

e. fol. 91—104. *Bericht auf einige Hauptfragen der Religion, durch Phil. Melanchthon.*

Incip. *Erste frag. Ob auserhalb des wort gottes* etc. Explic. *Vocem meam audiunt.*

f. fol. 105—112. *Index monstrans loca Patrum etc. Canonum et hist. haeretic. et alia quae in Conf. Aug. citata sunt.*

Incip. *Decretum Nicenae Synodi de unitate essentiae divinae* etc. Explic. *Ullatenus accusare possunt. Finis.*

DCCCLXVI.

B. G. (3) 56. 4.

Codex chartaceus saec. XVII. scriptus, in duas columnas scissus, foll. 157., quorum 1—5. 25b—73. 93a. 94. 102b. 103b—123. 124—126. 128b—135. 136b. 140b—145 et 149—157 vacua sunt. Continentur:

Collecta varia.

Insunt in hoc codice: 1. Eucharistia S. Coenae S. Epiphanii. Aethiop. (fol. 6—15). — 2. Oratio eucharistica CCCXVIII Orthodoxorum. Aethiop. (fol. 16—22). — 3. Or. euchar. D. Jesu Christi scil. diebus domin. et festis ejus dicenda. Aeth. (fol. 23—25a). — 4. Ad Jesum Christum tempore administrationis S. Coenae Poema. Aeth. et lat. (fol. 74—76a). — 5. In festum nativitatis J. C. Aeth. et lat. (fol. 76b—77). — 6. De loco nativitatis J. C. Aeth. et lat. cum comment. (fol. 78—82). — 7. De Maria deipara. Aeth. et lat. (fol. 83—92). — 8. In nativitatem J. C. Aeth. et lat. (fol. 93b). — 9. Christus verum sacrificium et verus sacerdos. Aeth. et lat. (fol. 95—100). — 10. Gregorii Enigmata, De stylo epistolari Aethiopum, Amhorica etc. — Haec omnia exarata sunt manu eleganti ac perspicua J. Henr. Maii sen.

DCCCLXVII.

B. S. Ms. 193. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 65., praeter multa vacua in fine. Continentur:

Parentationes XXVII. Germanice.

Incip. *Gleichwie die Heiden den todt gar wohl genennet das bitterste unter allen bittern* etc. Explic. *Dass er uns wolle tüchtig machen, selig zu sterben. G. A.*

DCCCLXVIII.

B. G. (3) 18. fol.

Codex chartaceus saec. XVII. diversis manibus scriptus, foll. 76., quorum plura scriptura vacant. Continentur:

Scripta varia maximam partem theologica.

Incip. *Christliches theologisches Bedenken* etc. Explic. *Epistolae non retinuimus.* — Insunt in hac collectione multa manu Haberkorni scripta ad historiam Universitatis Marpurgensis spectantia et notatu digna. In priori libri operculo haec adscripta sunt: *Aus des Pfarrers Schwarz Nachlass erhalten fur die Bibliothek. 1795.*

DCCCLXIX.

B. S. Ms. 203. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 50., quorum 1. 40b. 41. 48. 49 et 50 vacua sunt. Titulus:

Praesidium Religionis Evangelicae ex jure canonico a D. Samuele Strykio lectionibus publicis communicatum Anno 1697.

Incip. §. *1. Quae cum Pontificiis nobis intercedunt controversiae* etc. Explic. *Et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Finis.* — Tum sequitur index contentorum.

DCCCLXX.

B. G. (3) 64. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 404., quorum 1. 2b. 60b. 61b. 143b. 299b. 311b. 321b. 346b. 354b et 369b vacua sunt scriptura. Continentur:

a. fol. 2—60a. *Herrn Jo. Conr. Zellers Abbts zu Babenhausen und Generalsuperintend. widerholte christliche und bestændige bekanntnus von dem wochentlichen Sabbath im N. T. auf die prob gesetzt durch Sebastian Schmid D. et Prof. Argent.*

Ita titulus. Incip. *Es hat vor weniger Zeit* etc. Explic. *Bis ans End. Amen.*

b. fol. 61—143a. *Nothwendige Rettung der Lehre Jo. C. Zellers von dem Sabbath des N. T. wider Sebastian Schmid verhönung und verlæsterung.*

Incip. *Es hat im Jahr Christi 1674* etc. Explic. *Heil und ewiger Seligkeit. Amen.*

c. fol. 144—404. *Jo. Georgii Maii scripta varia historico-theologica, Conciones etc.*

Incip. *Breves observationes et objectiones in Disput. Synod. Durlac.* etc. Explic. *Erbarm dich über uns. Amen.*

DCCCLXXI.

B. S. Ms. 85. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 149., quorum permulta vacua sunt. Continetur:

Jo. Meisneri Informatio Ministri Ecclesiae, proposita in celeberr. Leucorea in Collegio privato.

Incip. *Cap. 1. De vocatione ad ministerium eccles.* etc. Explic. *Politico statim degradant.* Tum sequitur index contentorum et in calce libri „Centum e pluribus Capita ministro Ecclesiae vitanda.“

DCCCLXXII.

B. G. (3) 11. fol.

Codex chartaceus saec. XVII et XVIII. diversis manibus scriptus, foll. 498., quorum 1. 100b—103. 250. 252b. 347b. 348. 368b. 497 et 498 vacua sunt scriptura. Insunt:

a. fol. 2—231. *Abrah. Calvisii Annotata in Augustanam confessionem.*

Incip. *Augustanam Confessionem* etc. Explic. *Art. VI de bon. op. sect. 2. Thes. 7. Necessitate partis ad justi...* Haec manu Maii sen. partim scripta partim emendata sunt; desiderantur autem multa in fine.

b. fol. 232—347a. *Institutiones pastorales auctoris incerti.*

Incip. *Institutionum pastoral. p. I. cap. 1. De Requisitis futuri Ministri Ecclesiae. Obs. 1. Requisita candidati* ec. Explic. *Oder condemnirt werden.*

c. fol. 349—441. *Fragmentum Commentarii in Deuteronomion.*

Incip. *Ad p. 1593 fin. ac verba ultima* etc. Explic. *Nec te conterat.*

d. fol. 442—483. *Jo. Hülsemanni Verantwortung auf die Calvinische Læsterschrift: Extract eines Schreibens aus Thoren, wie es mit dem Colloquio charitativo abgelaufen.*

Incip. *Das Zwinglische kätzlein wil im̄er* etc. Explic. *Veritas domini manet in aeternum*

c. fol. 484—496. *Emendationes et Additiones Lexici Aethiopici Jobi Ludolphi, hujus manu scripta a. 1663.*

Incip. ሁ: ሀሀዖ: ሁይ: *Hvj.* etc. Explic. *Autumno nostro magis respondet.* Nota in fine: *Omnia nunc in Lexicon meum pro secunda editione sunt illata.* Fuit hic codex quondam in bibliotheca J. H. Maii jun.

DCCCLXXIII.

B. G. (3) 77. 4.

Codex chartaceus saec. XVII., foll. 483., quorum 1. 2b. 289b. 321. 358. 410b 482b et 483 vacua sunt. Continentur:

a. fol. 2—289a. *J. Georg Mai, Sichere Führung und Einleitung zu richtiger verständnus des Catechismi Lutheri .. in frag und antwort. 1676.*

Incip. *Es hat die ewige und himlische Weisheit* etc. Explic. *Zu halten da das Freudenmahl.*

b. fol. 290—482a. *Jo. Georgii Maii Conciones variae.*

Incip. *Suspirium pacis pro conservanda ea etc. Es hat Christus* etc. Explic. *In seinem 293 Capitel.* — Pertinuit olim ad Jo. Henr. Maium jun.

DCCCLXXIV.

B. G. (3) 78. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineuntis, foll. 203., quorum 1—3 et 201b—203 vacua sunt. Continetur:

Commentarius in Symbolum Apostolicum. Germanice.

Titulus non apparet. Incip. *Ich glaube. Der Glaube ist in sua formalitate* etc. Explic. *Kann uns unsere Seligkeit nehmen.* — Ex bibliotheca Maiana.

DCCCLXXV.

B. S. Ms. 192. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII., paginar. numerat. 132., cum duabus vacuis ab initio et in fine. Continetur:

Der Erlœser und der Seligmacher: oder Rettung des Opfers und der Wirkungen des Geistes: mit einem freyen Discurs von der Wichtigkeit selbiger Lehren, vorgestellt in einer freundlichen Unterredung zwischen Personen von verschiedenen Meinungen. Uebersetzt auf dem grossen Welt-Meer, hinter Cabo de bon Esper von Gottfr. W. Obuch, Missionario. 1737.

Ita titulus. Incip. post praef. et ind. pag. 6: *Die erste Abtheilung. Die Einleitung oder agrippae Glauben, welcher erzehlet und widerlegt wird. Ist denn kein ander Weg* etc. Explic. *Mit gewöhnlichen Höflichkeiten von einander. Ende.* Titulus libri, quem Obuch lingua vernacula reddidit, hic est: *The Redeemer and the Sanctifier: or the Sacrifice of Christ and the Operations of the Spirit vindicated .. Lond. 1736. 4.* — Fuit hic liber quondam in bibliotheca Joh. Henr. de Palm, Viennensis, cujus nomen fol. 2a. legitur.

XX.
LIBRI PRECUM ET CANTICORUM.

DCCCLXXVI.

B. G. (8) 118. 12.

Codex membranaceus saec. XIII. scriptus, litteris initialibus milto pictis, pag. a recentiore manu numerat. 366. Continentur:

a. pag. 1—162. *Admonitiones spirituales.* Medio germanice.

Incip. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis lybani et cetera. Dise rede ist beshriben in dem minne bǒche. Unde shribit sie uns Salomon. Unde redit sih alsus. Salomon der zimb'te ein hus* etc. Explic. *Ir solint got von hiemelriche imme herzin intwichin. Daz wil aleine habin . dez in wil ich ime nit vir sagin. Amē.*

b. pag. 163—272. *Carmen de Vita Jesu Christi.* Medio germanice.

Incip. *Der himel vnde erde geschuf fon nihte. Vn̄ mit siner craft berihte. Swaz drober ist vnd dronder. Der kan noch manic wonder. Fon nihte wol geschafen* etc. Explic. *Daz die here kvnegin die minecliche suze. Unz danne helfen musse . herzeliebe svnder leide. So sich die sele sal scheiden. Von dem armen Lichamen. In godes namen. Amen.*

c. pag. 272—276. *Admonitio spiritualis.* Med. german.

Incip. *(W)ilt dut* (!) *ein gudir meinsce werden so solt du dich ulizē dich unde* (unde dich?) *ubin an disin dingin* etc. Explic. *Un stedecliche ubeti an* .. Finis deest.

d. pag. 277—366. *Carmen religiosum.*

Incip. *Nv heti wir . diz gruzen . in dem vil ubersuzen . an deme vruntscaf nie v̇darb . vn̄ ie getruwecliche warb . und' noch hute wirbit . vn̄ niem meh v̇dirbit* etc. Explic. *Des muze vns helfen ihs crist. durg den diz buch gemachet ist. Amen. Subsc. Datum anno dm. M. CC. septuaginta octo ul paulo plus.* — Fuit olim hic liber in bibliotheca J. N. Locherer, Theol. cath. Prof. P. O. in Acad. Gissensi. Lg. 3″ 9‴. Lt. 2″ 11‴.

DCCCLXXVII.

B. S. Ms. 1. 12.

Codex membranaceus saec. XIV. ineunte egregie scriptus. Litterae initiales alternis vicibus modo rubro modo caeruleo colore distinctae, quaedam etiam singulorum partium cum marginibus vario colore pictae et auratae sunt. Foll. est 146., quorum 1—3. 145 et 146 chartacea sunt. Scriptura vacant 1—3. 101. 113b. 132a et 143b—146. Haud pauca medio libro exciderunt folia. Continentur:

Orationes variae ad Sanctam Mariam etc.

Ita titulus in veter. cat. Ms. Senkenb. Incip. *Domine, ne in furore tuo* etc. Explic. *Ut s. spiritus dignum fieri habitaculum mereamur.* Tum sequuntur variae exercitationes recentiore manu descriptae. Long. 5″ 5‴. Lat. 3″ 9‴.

DCCCLXXVIII.

B. S. Ms. 158. 4. min.

Codex membranaceus saec. XIV., rubris litteris initialibus et inscriptionibus ornatus, foll. 176., praeter unum chartaceum ab initio et in fine, quod vacuum est scriptura. Continentur:

Orationes et Hymni Sacri. Germanice.

Incip. post Calendarium fol. 14b: *Dis sint die vunf ellenden vnser vrowen Sente Marien* (Haec rubro picta sunt). *Das erste ist das sie nicht herberge hette do sie ihesu christi genas* etc. Explic. *Bitte swer da kunne.* — Fol. 1b et 2a. continent *Hymnum in S. Mariam.* Germ. Incip. *Gelobt si di tzit der svzen nacht | In der ihesus der lithte tac. von einer rosen ane dorn. so wundirlichen wart geborn* etc. Explic. *Edil von siner edilkeit. schon von siner schonheit.* Tum sequuntur haec verba: *Anno mylemo trya centum quadreugesymoque sekundo.* (!) — Fuit hic liber in bibliotheca Jo. Schilteri, cujus monogramma fol. 1a. conspicitur. Long. 6'' 1'''. Lat. 4'' 6'''.

DCCCLXXIX.

B. S. Ms. 2. 12.

Codex membranaceus saec. XIV., lineis stilo ductis, inscriptionibus et litteris initialibus rubro pictis, foll. 121. Foll. 1 et 121 chartacea sunt et scriptura vacant. Inest:

Der Wunne Paum. Ist ein geistlich Buch von der Liebe Christi.

Ita titulus ex vet. Cat. Ms. Senkenb. descriptus. Incip. *Sich hebt hie der wunne pavm. den dey minnend Sel hie sol auf steigen. bis das si chumt zv ir lib. Dey erst vnd dey inderist wurtz ditz pavmes ist dey chnechtleich vorcht* etc. Explic. *Vnd zergænchleicher dinch dar in setzet.* Long. 5'' 4'''. Lat. 4''.

DCCCLXXX.

B. S. Ms. 3. 12.

Codex membranaceus saec. XIV., in fine mutilus, lineis stilo ductis, inscriptionibus et litteris initialibus rubro pictis, foll. 168. Foll. 1 et 168 chartacea sunt et scriptura vacant. Continetur:

Buch aller christlichen Tugenden.

Incip. *Der erste himel ist das bewere ich mit der schrift. das ist din sele. vnde ein igelich sele ein himel ist* etc. Explic. *Diner gotelichen nature da sie gevlozen*... Long. 4'' 9'''. Lat. 3'' 7'''.

DCCCLXXXI.

B. G. (3) 121a. 8.

Codex membranaceus saec. XIV., inscriptionibus rubris, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis, quibusdam etiam vario colore distinctis et auratis, lineis stilo ductis, foll. 200., quorum 2. 73. 199 et 200 scriptura vacant, 1 et 200 autem chartacea sunt. Inest:

Liber Precum.

Incip. *Hore de gloriosa sancta trinitate Ad mat.* (Haec rubro picta sunt). *Te invocamus te adoramus* etc. Explic. *Gloria patri et filio.* — Pars prima hujus codicis (fol. 3—71) latina, quae sequuntur maximam partem antiqua suecica lingua scripta sunt. Fol. 1b. haec adnotata sunt: „NB. Hic liber precum fuit Sanctae Brigittae proprius liber manualis diurnus, ex Conventu Wadstenensi (Wadstena) accepi. Fol. 2a. nomen prioris possessoris inscriptum est: „A Upsala. Dono amplissimi viri Domini Doct. Olai Bromely.“ Fol. 1a. Clossius haec adnotavit: „Codicem hunc Thomas Jatovttius Ordinis Praedicatorum nunc Provincialis Prov. Lithuaniae dono accepit a. 1802 ab Antonio Hintz, Exjesuita, Expraefecto Scholae jesuiticae Novogrodecensi, quum Intavttius munus professoris in Schola Novogrod. obiret. Sine dubio Hintzius Codicem ex bibliotheca Scholae desumpsit antea Jesuitica. A. 1834 Intovttius codicem dono dedit Frederico Clossio, Prof. Dorpatensi. — Emtus ex sectione bibl. Clossianae 1838 flor. 5. Lg. 7'' 1'''. Lt. 4'' 5'''.

DCCCLXXXII.

B. G. XVI. 103. 12.

Codex chartaceus a. 1458. scriptus, inscript. rubris, litt. initial. modo viridi modo milto colore pictis, foll. 473., quorum plura vacua sunt. Continentur:

Officia ecclesiastica.

Incip. post Calendarium fol. 13: *In vigilia pasche . . . Alleluja, Alleluja, 'Alleluja, Laudate dominum* etc. Explic. *Concede nobis domine.*

DCCCLXXXIII.

B. G. XVI. 33. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. initial. rubris, foll. 284., quorum 251. 252 et 284b vacua sunt. Continetur:

Officium Ecclesiasticum.

Incip. *Dominica que ponitur tercio* etc. Explic. *Deus per omnia secula.*

DCCCLXXXIV.

B. G. (3) 108. fol.

Codex chartaceus saec. XVIII. elegantissime et nitidissime exaratus, innumeris picturis minutis artificiose factis ornatus, foll. 118., quorum 1—3 et 115b—118 vacua sunt scriptura. Insunt:

Evangelia Dominicalia et Festivalia per totius anni decursum decantari in choro solita. Conscripta a P. Mauro Schwörer.

Ita titulus. Incip. post dedic. fol. 7: *Evangelia dominicis diebus. Dominica prima Adventus. Sequentia S. Evang. sec. Lucam. In illo tempore* etc. Explic. *Ejus patrocinio liberemur. Per dominum.* — Fuit hic codex, qui a. 1750 scriptus et Abbati Monasterii S. Petri in Sylva nigra dedicatus est, olim in bibliotheca J. N. Locherer Prof. Giss.

DCCCLXXXV—DCCCLXXXVIII.

B. G. XVI. 76. 77. 83. 84. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litteris init. rubris, voluminum quatuor, quorum primum est foll. numerat. 96., alterum 115., tertium 165 et ultimum 79. Continentur:

Cantica choralia.

Incip. p. ind.: *Per omnia secula* etc. Explic. *Alleluia Alleluia.*

DCCCLXXXIX.

B. G. XVI. 86. 4.

Codex chartaceus saec. XV., litt. init. rubris, foll. numerat. 119., quorum 1—4 et 115b—119 vacua sunt. Continentur:

Antiphonae.

Ita tit. Incip. post indicem: *Asperges me domine* etc. Explic. *Et spiritui sancto.*

DCCCXC.

B. G. XVI. 2. fol.

Codex chartaceus saec. XV., litteris initialibus aut rubris aut caeruleis, foll. 407., quorum plura vacua sunt. Inscriptio autem haec est:

Responsoria Antiphona.
Incip. *Alleluya Alleluya laudate dominum* etc. Explic. *Inviolata permansisti.*

XXI.

THEOLOGIA JUDAICA ET ARABICA.

DCCCXCI.

B. G. (8) 65. 4.

Codex chartaceus saec. XVIII. ineuntis, foll. 230., quorum 1. 2b. 102—105. 125. 157 et 230 vacua sunt. Continentur:

Institutionum Kabbalisticarum Libri duo. Quorum prior est Clavis ad Kabbalae denudatae usum commodiorem, in quo compendium traditur totius Theologiae et Philosophiae sublimioris Judaeorum. Posterior autem est synopsis hermeneuticae Kabbalisticae, quam vulgo nuncupant Kabbalem artificialem.

Ita titulus. Incip. *De natura et institutione Kabbalae. §. 1. Kabbala* etc. Explic. fol. 120a: *Ad omnes doctores Kabbalisticos translatis.* Subsc. *Finis synopseos Hermeneut. Kabbal.*

Adsuta sunt haec: 1. fol. 106—124. *Fragmentum de Critica.* Inscriptio: *Caput novum de critica.* Incip. *Criticae partes duae sunt, judicium atque emendatio* etc. Explic. *Quare vocabulum allein adjecerit.* 2. fol. 126—156. *B. G. Struvii Collegium in Rem numarium Jenae 1708 privatim habitum.* Incip. *Supervacaneum omnino existimamus* etc. Explic. *Uiber einen halben Thaler machet.* 3. fol. 158—229. *Vincentii Flacci De studio eloquentiae, praeprimis Christianae optime instituendo Liber.* Incip. *I. Eloquentia sicut omnis ars* etc. Explic. *Quod eodem recidet.* — Sunt haec omnia manu J. H. Maii jun. exarata.

DCCCXCII.

B. G. (8) 52. 4.

Codex membr., absque anni nota, in duas columnas divisus, foll. 240. Continentur:

Orationes matutinae, שבת וחנכה item ad Parascham שקלים et וכול atque פ״ה eas insuper, quas in Purim, Pascha, Sabbato magno Pentecoste et calamitoso die nono mensis Abh recitandas sanxit ecclesia Judaica. — Fuit hic codex olim in bibliotheca Z. C. ab Uffenbach et recensetur in Bibl. Uffenb. Ms. P. 1. p. 37. Cod. XLIV. Long. 8″ 1‴. Lat. 6″ 1‴.

DCCCXCIII.

B. G. (8) 188. 4.

Codex chartaceus nitidissimus, absque anni nota, char. neschi scriptus et vocalibus instructus. Capitum lemmata, puncta, quibus versus distingui solent, et cetera signa anagnostica atramento rubro sunt scripta. Est foll. 395., quorum 1. 2a. 394b et 395 vacua sunt scriptura. Continetur:

Coranus integer. Arabice.

DCCCXCIV.

B. G. (8) 189. 4.

Codex chartaceus nitide exaratus, absque anni nota, charact. neschi scriptus et vo-

calibus instructus. Fol. 2 a. ornamentis aureis est distinctum, ceteras paginas ambit margo duabus lineis rubris constans. Capitum lemmata, puncta, quibus versus distingui solent et cetera signa anagnostica rubro colore picta sunt. Continet foll. 395., quorum 1 et 395 vacua sunt. Inter foll. 178 et 179 unum foll. excidit, ut desint Surae XVI. versus 72 et seqq. usque ad verbum بخلا versus 94. Continetur:

Coranus integer. Arabice.

DCCCXCV.

B. S. Ms. 48 a. 8.

Codex chartaceus, absque anni nota, char. neschi scriptus et vocalibus instructus, foll. 49., quorum 1. 2 a. 26 et 49 vacua sunt scriptura. Continentur:

